



1, fol. 7

A. B.

& id
sunt
Ac-
b il-
oler.
Gal-
vt
exus
a il-
non
us

Frenum Erroris

contritum,

Hoc est:

*Justitia imputativa
everfa.*

Qui operantur iniquita-
tem, in viis ejus *non*ambu-
layerunt, Pſal. 118. 3.

Ad quosdam.

O plenè omni dolo, &
omni fallaciâ, *inimice omnis*
justitiæ, non definis subver-
tere vias Domini rectas.
Actor. 13. v. 10.

Ad omnes.

In veritate comperi, quia
non est personarum ac-
ceptor Deus, sed in omni
gente, qui timet eum, &
operatur Iustitiam, acceptus
est illi. Actor. 10. v. 35.

FRENUM ERRORIS
CONTRITUM,

Hoc est:

JUSTITIA IMPUTATIVA
E VERSA.

Sive

Clara remonstratio, quod juxta
sanam rationem, S. Dei Evangelium per
Christum D.N. revelatum, & Reforman-
tium prima principia,

Justitia Imputativa

Nihil,

Sed inane principum sic multorum articulorum
à Reformantibus vel malè Reformatorem,
vel male assumtorum.

Omnibus

Polemicæ Theologiæ amatoribus com-
primis perutile, atque ante omnes alias nunc
controversas fidei quæstiones scitu
necessarium.

Index est seq. Pagina.

A U T O R E

Joanne Breving SS. Th. Doctore, Imper.
Eccl. S. Bartholomæi Francofurti Cano. Capit. &
Scholastico-Apostolico librorum
Commissario.

INDEX
Capitum & Materiarum
hujus libelli.

Compendium totius libelli cum distinctionibus præviis, est ad Theologos Reformantes.

Ratio nominis, sive cur libellus dicatur frenum erroris, est ad Lectorem
pag. 1. & seqq.

Protestatio Autoris cur hætenus D. Dn. Arnoldi & M. Schwarzenau nihil responderit
pag. 9.

Proœmium in ea quæ illis Dominis nunc reponuntur
10

Causa prima Mei silentii est turpitudine qua D. Arnoldi in scribendo est usus.
Cap. I. 12

Secunda causa ignorantia D. Arnoldi.
Cap. II. 17

Causa tertia, quia liber ejus errat à scopo.
Cap. III. 19

Causa quarta, quia fingit dari justitiã imputatiuã, activã & passivam. Cap. IV. 23

Causa quinta, quia potius cœcum & imprudens quam verum vult admittere iudicium. Cap. V. 35

Sexta

	<i>Sexta causa, quia ministerialis eorum potestas nihil est, & Anno 1536. in nullo fuit subjecto.</i>	
	<i>Cap. VI.</i>	40
	<i>Cur M. Schwarzenau nihil responsum sit.</i>	
	<i>Cap. VII.</i>	44
	<i>Discursus Vnicus, Cap. I. de Iustitia imputativa Reformatorum.</i>	49
	<i>De natura peccati ut includit cor, intellectum & voluntatem. Cap. II.</i>	59
	<i>Cor, intellectus & voluntas enervant Iustitiam imputativam. Cap. III.</i>	64
	<i>In via S. revelati Evangelii Deus non potest ob hominis in peccatis perdurantis cor, intellectum & voluntatem merita Christi ita imputare, ut ea sola fide apprehensa salvent.</i>	
	<i>Cap. IV.</i>	82
	<i>An vi Iustitia imputativa certo danda sit peccatori pœnitentia finalis. Cap. V.</i>	98
	<i>Satisfit uni generali alias omnes particulares continenti objectioni. Cap. VI.</i>	105
	<i>Quid per imputationem in sacris litteris intelligi possit & debeat Catholicè. Cap. VII.</i>	119.
	<i>An & quod sit medium, ut per merita Christi peccata nostra verè tollantur, & sic à peccatis ante mortem nostram liberi, iustificati, ac salvi fieri possimus. Cap. VIII.</i>	126
	<i>Brevis enervatio illius distinctionis, quod homo peccator in sensu diviso, non in sensu composito sit culpabilis. Cap. IX.</i>	135
	<i>Coronidis loco probatur dari Iustitiam inherentem. Cap. X.</i>	139
	<i>Et cui Iustitia in morte potius fidendum. ibid. pag. 141.</i>	
) (3
		DEDI.

rum

distin-
gos

licatur

tores

seqq.

D. Dn.

nihil

pag. 9.

s nunc

10

pitudo

usus.

12

rnoldi.

17

scopo.

19

ia im-

IV. 23

& im-

mittere

35

Sexta

DEDICATIO.



Celsissimo & Reverendissimo

Principi ac Domino,

D^N. Christophoro Bernardo

*Episcopo Monasteriensi, Admini-
stratori Corbeiensi, Burggravio*

Strombergensi, S. R. I.

Principi,

Domino in Borckelo, &c. &c.


Domino meo Clementissimo.



Uanta sit in doman-
dis atque circumagi-
tandis equis frenorum
potentia, id S. Jacobus
cap. 3. v. 3. sic decla-
rat, dum ait : *Si autem equis frena
in ora mittimus ad consentiendum
nobis, & omne corpus illorum circum-
ferimus.* Hanc vim facer textus
Zacha-

DEDICATIO.

Zachariæ cap. 14. v. 20. divinæ & Evangelicæ tribuit veritati, sic loquens: *In illa die erit quod super frenū equi est, sanctum Domino vocabitur.* In quem locum S. Petrus Damianus Lib. 6. Epist. 22. ait: Frenum, equi sanctum est Evangelium, quod utiq; carnalis desiderii vel, ut in frenis equi cohibet appetitum. Quod in salutem dedit populorum divinæ veritati misericors Deus, hoc in ruinam multorum Christianorum falsitati atq; disseminato suo errori veteranus Dei & hominum inimicus, Dæmon pari, si non effectū, saltem conamine affingit, ita ut sub specie S. Evangelii huic errori frena parare, atq; hoc pacto suos, in *principalem* aliquem *fidei errorem* jam inductos, sic totum falsæ fidei, & sibi credentium corpus circumducit, tan-


 ssimo
 ardo
 mini-
 vio
 &c.
 .
 man-
 magi-
 orum
 cobus
 decla-
 s frena
 endum
 circum-
 textus
 Zacha-

DEDICATIO.

quam si par sibi in errorem potestas, atq; Omnipotenti Deo est in veritatem imperium, ut jam multi homines pari quodammodo securitate errori, quâ alii S. Veritati, credant, ut pater veritatis cum mendacii patre vel hoc in genere bellum gerat sanè luctuosum; hoc tamen, & salutari, discrimine, quod certis temporibus cum Omnipotenti clementissimè allibitum est, *frenum erroris Deus se ablatum prædicat, Isaie cap. 30. v. 28. ut in Ario, Nestorio &c. vidimus, & visuros nos aliquando sperandum est, eò quod scriptum sit, Psal. 124. 3. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum.*

Celsissime Princeps, Clementissime Domine! vestra Celsitudo si numerum inire cogeretur, an à veritatis, an erroris circumdetur amicis,

Cis,

D E D I C A T I O .

cis , errori palmam facile concessero ; sive enim ab Occidente , sive ab Aquilone , sive à Meridie , sive ab Oriente sibi suisque circumspiciat , undiq; erroribus , quasi innatans , nihilominus veritatis Evangelicæ freno se suosq; ita ac prudenter gubernat , ut verè *sanctum dicere id audeam* , quod in partibus illis est *super frenū equi* , nempe *sanctum quod sua Celsitudo* intrepidè profiteatur *Christi Domini Evangelium* . Quæ defensio non minus veritati servit conservandæ , quam errori eradicando , ita , ut de prudenti atq; Europæ omni cum laude noto zelo , ac vestræ Celsitudinis S. R. Fidei professione , dicere mihi liceat , cum Isaia , *perdet frenum erroris , quod est in maxillis populorum* . Cum ergo veritati nunquam succurratur

) (5

Ianius

DEDICATIO.

fanius, quàm errore prius detecto:
Hinc frenum præcipui & primarii
erroris, à me convulsum, vestræ
Celsitudini vel eò deferendum
censeo ex capite, quia detracto
hoc erroris Justitiæ Imputativæ freno,
multo fortius in adversarios infer-
nales, eorumq; conatus plurimos
irruituros confido, quàm nunc,
dum sub erroris freno de salute
æterna miserrimè tuti! quiescunt,
injustitiæ suæ mole gravati, justitiâ
verò Christianâ penitus spoliati.
Sicut proinde Livio Lib. 4. teste,
Flaccus Prætor jussit infrenatos e-
quos in cuneum hostium felici cum
eventu irruere, sic futurū omnino
spero, quòd, cognito hoc fallaci
gravissimi sui erroris freno, infre-
nati, atq; ab errore hoc liberi, in
cuneum tot perversorum articulo-
rum (parte altera & proximè se-
quente

DEDICATIO.

quente à me specificandorum) ir-
ruant, eosq; omnes pessudent, ac
deinceps Numide gentis instar, non
, freno erroris, *sed*, secundum Op-
piani. Lib. 4. de venat. de equis A-
fricanis dictum:

*Obtemperent virgis, quoquo homo
duxerit.*

Et quoniam errorem hunc Golea-
theæ molis instar S. R. Ecclesiæ ca-
stris præprimis sese objicit, egoq;
Westphalus sub virgâ Episcopali
vestræ Celsitudinis natus, educatus,
atq; ad apicem Theologici Studii
ibi immoratus sim, prævideamque
nonnullos in viciniâ, cum Saule,
1. Reg. cap. 17. v. 55. quæsituros,
quis sim? & qua de gente natus?
hinc servus humillimus vestræ
Celsitudinis frenum erroris humil-
limè præsentò, tum ut virgâ suâ
Episcopali insurgentes in me ar-

DEDICATIO.

cere, tum ut errores suos deposituri in virga virtutis paternè regantur, ac demum ad veram veræ & sanctorum scientiæ cognitionem venire clementissimè, ut facit, curare dignetur. Illibatum verò, ac maxime salutare frenum Evangelii, sanctæque veritatis, post ostensos in individuo errores, prodibit, ac viam sternit ad urbem Garizim evertendam, quam Catechismus Heidelbergensem dico: Catechismus enim hic ea, ut quidam murus, complectitur, quibus tot & tam nocivi errores à suis quidem defensi, à nobis vero penitus evertendi sunt.

Ut interim labores mei tantò sint feliciores, quantò clementius consequuntur refugium; Hinc in præsentì materia primos hos ad manus vestræ Celsitudinis, cum humillimo sacrorum limborum osculo, depono labores, quia sum

Celsitudinis Vestræ Reverendis.

Humillimus Sacellanus,

Joannes Breving. West-
phalus, Judex.

CEN-



CENSURA ET FACUL- TAS

Ordinarii Moguntini.

Merito nec infeliciter ceu frenum
erroris *justitiam imputativā* qua-
lem cum Luthero & Wigando hodie se-
greges Protestantium cœtus passim pro-
pugnant, Reverendus & Eximius Domi-
nus Joannes Brevingius Sacræ Theologiæ
Doctor, & Ecclesiæ Mœno-Francofur-
tensis ad S. Bartholomæi Scholasticus
profligat; quo nomine ejus tractatum
non modo probamus & in publicam lu-
cem prodire permittimus, sed etiam ejus
lectionem omnibus Theologiæ polemicæ
studiosis singulariter commendamus.
Moguntiaë pridie festi Sacrosanctæ Tri-
nitatis Anno M DC LXXVII.

A. G. Volusius, Episco-
pus Diocletianopolitanus, Suf-
fraganeus & librorum Censor
Moguntinus.

) (7

Cen-

Censura venerabil. Facult.

Theolog. Moguntinae.

Franum erroris, quo haecenus Nova-
torum secta, excusso suavi Redempto-
ris nostri, suae Ecclesiae, & verae poeni-
tentiae iugo, non in viam veritatis, sed
praecipitium salutis abripiuntur, robustis
& validis hujus tractatus argumentis con-
velli ab Adm. R. Eximio Domino Ioanne
Breving, SS. Theolog. Doctore, Imperialis
Ecclesiae S. Bartholomaei Moeno-Franco-
furti Canon. Capitulari & Scholastico &c.
nihilque in eo, quod sincera, & orthodoxa
fidei aut sanis moribus adversum sit, con-
tineri, hisce testatur suprascripta Facultas,
& consueto sigillo corroborat. Datum Mo-
guntia Vigesima Maji 1677.

(L. S.)

Christianus Lintla. p. t.

Decanus Facult. Theolog.

Praesens tractatus, qui ab authore suo Adm.
Rev. & Ampliss. Domino Joanne Breving
S. Theol. Doctore, Imper. Ecclesiae S. Bartho-
lomaei Francofurti & Collegiatae Moxstadiensis
respe-

respectivè Scholastico & Decano &c. inscribitur frænum erroris, loquitur Verba Catholicæ Veritatis; quæ maxillas adversantium velut in cæmo & fræno constringent, eosque ad gregem Dominicum, qui est Sancta Romana Ecclesia, reducent, nisi ipsi suo malo renitentur & recalcitent. Ita sentiebam Moguntia 19. Maji 1677.

Andreas Birnbeck, S. Theol. Lic.
Almæ & Electoral. Universitatis Mo-
gunt. Cancellarius.

TRactatus frænum erroris, Justitia impu-
tativa &c. nuncupatus, eruditè, erudito
Adm. Rev. & Eximii, Dn. Joannis Breving,
SS. Theologiæ Doctoris, & insignis Ecclesiæ
S. Bartholomæi Francofurti Scholastici, Decani
in Moxstatt &c. calamo expressus, à nobis
accuratè examinatus, cum veræ fidei & bonis
moribus, contrarium nihil contineat; verum
cum firmis argumentis & solidis fundamentis
infrænes justitiæ imputativæ assertores re-
frænet, ut, vel intra sui erroris apertè ostensi
limites, alieni ab omni justitia pereant, vel
reducti ad agnitionem veræ justitiæ intrinse-
cè justificantis, vivant, & salventur. Lucem ma-
gnæ veritatis amantium, & quærentium uti-
litate, nostro judicio, aspiciat. Ita sentientes
dedi-

dedimus Moguntiaë ex nostro Conventu F.F.
Min, Recollectorum, 23. Maji Anno 1677.

F. Bruno Neusser F.F. Min. Recol.
SS. Theologiaë Lector Jubilatus &
Prov. Colonienf. Custos.

F. Bonaventura Goffa, ejusdem Or-
dinis, & Provinc. SS. Theol. Lector
Jubilatus & Definitor.

F. Pacificus Beutgen SS. Theol.
Lector.



Ad Theologos Reformantes.

EX quo Christianis omnibus severè
præceptum est, *nisi Justitia vestra
abundaverit plus quàm Scribarum &
Pharisæorum, non intrabitis in regnum
Cœlorum.* Matt. 5. 20. hinc aliquam ju-
stítiam à nobis peccatoribus in hac vitâ se-
ctandam esse, nemo Christianus negat.
Sed quæritur, quænam illa sit justitia,
quæ nostra esse, atq; abundare possit,
& debeat, vitam si desideremus æter-
nam? Ut proinde materia hæc ex sua
dignitate ac necessitate omnibus scitu sit
necessaria. Quare præcipua & maxime
ventilata est hæc quæstio, *quid ergo sit
justi-*

Ad Theologos Reformantes.

justitia Christiani hominis ? Ea; quæ-
stio tantos post te concatenatos traxit in
fidei rebus articulos, ut non immeritò
dixerim, ex quæstione hac, tanquam ex
equo Trojano aliquot centenos, & gra-
vissimos, cum multorum millium æter-
na damnatione, in fide prodiisse, hinc
inde errores, ita quidem, ut, dum ju-
stitiam disputando quærunt, veram justi-
tiam sibi elabi passi sint. Cum ego
totus in hoc tractatu sum, ut contra Re-
formantes *imputativam* ostendam *ne-*
quaquam dari, aut dari posse justitiam,
hinc perbreves has vobis præmittere vi-
sum est distinctiones.

Quod nempe justitiã nobis opus sit,
ob eam, quã laboramus, injustitiam, ita,
ut in hac vita hac deleta injustitia, per
viam justitiæ ingredientes immaculati,
Ephes. 1. 4. vitam ingredi possimus
æternam. Sic S. Aug. sentiente Tracta.
„ 22. in Joan. Lit. a. p. m. 43. dum ait :
„ Hoc est transire de morte ad vitam,
„ transire ab infidelitate ad fidem, ab in-
„ justitia ad justitiam.

Itaq; injustitia & justitia nostra hinc
sunt

Ad Theologos Reformantes.

sunt combinandæ ac conferendæ , & quomodo altera ab altera expellatur , unde quid utraq; sit ? brevibus indagandum.

Quamobrem quæritur , *quid sit nostra injustitia per actuale peccatum contracta ?* de originali nobis quæstio hoc loco est minime. Si ergo nostra injustitia primariò , aut pro se , tantum esset pœnæ pro peccatis nostris commissis infligendæ , bene sequeretur , ergo justitia nostra est pœnarum vel pura condonatio , vel sublatio , vel satisfactio pro pœnis , abstrahendo de modis , quibus pœnæ tollendæ essent.

Quia sic tolleretur prius per posterius. Verum si solæ & ipsæ pœnæ sustinendæ essent nostra injustitia , sequeretur solum Deum esse nostræ injustitiæ unicam causam , atq; à solo Deo nostram manare injustitiam , nosq; pro sola Dei voluntate vel justos , vel injustos esse , quia solus Deus punit , & hic parat injustis pœnas , uti diabolo , & angelis ejus ignis æternus à Deo paratus est. Imo sequeretur , hominem justissimum esse , licet omnia totius mun-

Ad Theologos Reformantes.

mundi peccata commisisset, modo Deus nullum peccatum pœna condigna castigare statueret, ut de electis Deum, ob satisfactionem Christi, fecisse Reformati docent, & de se ipsis credunt. quæst. Heidel. Catechis. 53. 59. 60. & passim Calvi. Insti. 4. c. 17. §. 2. vide infra pag. 54. 55. Ratio, quia ipsum esse nostræ injustitiæ hoc pacto sublatum esset, dum Deus non esset nos puniturus. Et sic D. Arnoldi dicit, in sensu composito Reformantes ob peccata sua non esse culpabiles. Vide infra cap. 9. freni erroris.

Si vero peccatoris dignitas (quæ peccando contrahitur, atq; ex actu peccaminoso per se resultat) sustinendi pœnas, nostra sit injustitia, sequitur, quod Christus Dominus in tali casu non possit esse nostra justitia, etiam imputativè, quia dignitas nostra ad pœnas subeundas est hominis cor malum, intellectus & voluntas, pro ut se illicitè Deo opponunt, & ideo pœna condigna castigari debent. Sed hanc oppositionem hominis, qua talem, & ut inhæret ipsi subjecto peccanti, ut lepra leproso, æternus pater Christo Domi-

Ad Theologos Reformantes.

Domino non imposuit, nec filius Dei in se suscepit, alioquin Christus dici posset, aliquando se patri opposuisse, cor, intellectum ac voluntatem Deo contrariam habuisse & peccasse, & dignum fuisse talibus tormentis, quod dicere iniquum est: Unde hæc oppositio & dignitas peccatorum uti Christo Domino non est imposita, ita nec per sola merita & satisfactionem Christi tollitur, aut sublata est, sed homo etiam in nova lege Christo in cœlis jam regnante peccans, dignus manet, & manebit pœna, licet Deus misericorditer etiam omnes pœnas aboleret, & homo esset ob peccata à se commissa injustus, licet ad nullam pœnam ex Dei decreto teneretur. Ratio, quia Christum Dominum è domo & templo suo peccando expellens Hebræ. 3. 6. initiumque substantiæ Dei in se existens tollens, summe Deo est injurius, omni pœna dignus. Si ergo nostrorum peccatorum dignitas sustinendi pœnas Christo non sit imposita, ergo nec dignitas hæc est sublata. Si præterea & hæc dignitas sustinendi pœnas esset nostra injustitia, sequeretur,

Ad Theologos Reformantes.

retur , nec imputativè hoc pacto per Christum , ejusq; satisfactionem nos justitiam habere , quia dignitas sustinendi pœnas non est per Christum sublata , sed manet ira Dei in omnem animam perverse agentem , S. Paulo teste Rom. 2. 9. *Tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum.* Quod & Turretinus , in hæretico licet sensu , advertit , dum ait : dignitatem sustinendi pœnas esse irremissibilem in hac vita. Vide in Tracta. de satisfactione Christi Disput. 14. Thes. 20. „ in hæc verba : quamdiu manet in nobis caro & peccatum , manet autem „ semper quamdiu in terris versamur , „ (quod de actualibus peccatis falsissimum est) manet etiam reatus & condamnabilitas.

Ex his præmissis sequitur , nec peccatorum pœnas , nec dignitatem pœnas sustinendi esse , vel constituere nostram injustitiam , & per consequens , nec justitiam nostram per se consistere in utriusq; , aut alterutrius abolitione , condonatione , remissione , non imputatione. Quod confirmatur , quia pœnæ peccatis nostris debitæ , sunt quid , & plane extrinsecum nostræ injustitiæ à nobis contractæ ,

Ad Theologos Reformantes.

tractæ, & iniustitia nostra in suo esse jam consistente à Deo puniente superveniunt extrinsece. Et quia ipsa dignitas pœnas sustinendi non est nostra iniustitia, ergò in alio aliquo nostra sita sit iniustitia oportet, ut sciamus an, & quousq; hæc eliminanda, & iustitia vera reintroducenda sit, cum tria sint in hoc negotio spectanda, primò ipsum esse peccati pro ut tolli debet, 2. ipsa dignitas sustinendi pœnas, pro ut mitigari, & 3. ipsæ pœnæ, pro ut pro illis satisfaciendum, ut sic scopis mundetur domus, & omnibus diebus vitæ nostræ ambulemus coram Deo in sanctitate & iustitia. Pro qua re

Dicendum, quod iniustitia nostra in duobus præcipue consistat: Et primò quidem, in homine rem iniustam culpabiliter committente: secundò, in ipso actu commisso, ut displicente Deo à peccante volito, electo, atq; amato. Ex quibus unum coalescit malum, quod *peccatum* dicimus, ut in freno erroris infra cap. 1. 2. 3. declarabitur. Pœna vero, ut probatum est, tam est extra hominem peccantem, quam extra actum peccaminosum, & à solius Dei ordinatione dependet, uti & inflictio actualis pœnæ. Subire vero, aut sustinere pœnas non est nisi hominis iniustitiam committentis, sed ob eam luentis, merèq; passive se habentis, unde damnati suis pœnis æternùm nihil merentur. Et sequitur ulterius, quod per solarum condona-

Ad Theologos Reformantes.

donationem pœnarum, quæ ob merita & satisfactionem Christi imputativè (ut infra ostendo impossibile esse) fieri dicitur , nihilominus de injustitia nihil omnino tollatur, sed injustitiam nostram, in toto suo esse essentiali intactam relinquunt, atq; de aliquo extrinseco nostræ injustitiæ agant, scribant & loquantur, nullam injustitiam sanando.

Et quoniam injustitiam nostram in hominis actu peccaminoso, ut è corde, intellectu & voluntate proficiscente, diximus consistere, hinc nec hanc injustitiam per imputativam Christi domini mortem, passionem & satisfactionem tolli, & sic nos justitiam nostram per talem imputationem nequaquam consequi posse, assevero constantissimè, id quod toto Discursu freni erroris me penitus evicisse confido, dum ostendi, ipsum cor, intellectum & voluntatem hominis, ut in peccatum consentientes, illudq; in suo esse conservantes, penitus omnem repudiare imputationem justitiæ à Reformantibus assertæ: Ita, ut vos Reformantes vel nullam habituri sitis justitiam, & in injustitia peccatorum vestrorum morituri sitis, vel aliam quærere debeatis justitiam, quæ sic confirmantur: Justitia nostra debet abundare plus quàm Scribarum & Phariseorum; ergo nostra justitia à nobis debet posse majoris justitiæ rationem accipere, quod fieri non posset, si nostra justitia in esse justitiæ à nobis minime dependeat, &

Ad Theologos Reformantes.

& penitus extra nos sit, atq; si injustitia nostra, quod auditu horrendum est, à nobis expelli nequaquam possit. Cum vero facienda sit major justitia, ergo injustitia debet à nobis posse removeri, juxta Cap. 3. Discurs. infra, quin imò, injustitia nostra perfectiori modo à nobis debet posse removeri, & justitia major acquiri. Sicut ergo injustitia nostra consistit in corde, intellectu, ac voluntate hominis peccatoris actum peccaminosum in nobis hærentem plus quàm Deum diligentis, ita cor, intellectus ac voluntas, ut injustitia nostra expellatur, ad divinæ justitiæ nobis revelatas regulas reducenda sunt, ut in expellenda hac injustitia & reintroducenda nostra justitia ratio majoris & minoris justitiæ appareat, quod fiet, quo perfectiori ac magis perfectiori expulsionem cor, intellectus, & voluntas mundabitur dicente Psalmista Psal. 50. v. 4, amplius lava me &c. ac justitia nostra magis magisque abundaverit, in domum nostram ac templum suum filium Dei recipiendo, & initium substantiæ Dei acquiriendo, quæ omnia juxta suas divinas Evangelicè pœnitendi revelatas regulas & fieri possunt, & vero debent, pro ut partim ex judicio meo pœnitentiali Anno 1670. edito, partim ex hoc freno erroris mî Christiane Lector colliges: Vale, atq; his lectis ad reliqua evolvenda, te ut accingas, rogo:
Dabam Francofurti 9. Augusti Anno 1677.

AD



AD LECTOREM.



Emireris benevole Lector, quod libelli frontem hoc insignirum titulo, *Frenum erroris*. Isaias enim magistro ac duce id facio, cum in pari curram difficultatis via, quæ hæc est. Præviderat Isaias id centum quinquaginta annis, ut notat Rabanus, Maurus hîc, quod Jeremias cap. 42. primitus impletum testatur. Nempe, cum reliquæ filiorum Israël bellorum tumultibus agitati pacem ac quietem potius in Ægypto quam in terra sua se consecuturos sperarent, non consulto Deo iter in Ægyptum, tanquam indomiti quidam equi omnem infessorem odio habentes, meditabantur: quod cum Isaias futurum, eorumque furentes in Ægyptum abitus videret, Dei nomine qualiter sistendi aliquando forent, prædixit, dum ait c. 30. v. 28. *Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gen-*

A

tes

tia no-
bis ex-
cienda
t à no-
urf. in-
ectiori
x justi-
tia no-
volun-
mino-
m dili-
tas, ut
æ justi-
sunt,
rodu-
mino-
perfe-
e cor,
dicente
ne &c.
laverit,
filium
Dei ac-
divinas
ulas &
partim
70. edi-
ristiane
ad re-
rogo:
1677.
AD

res in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. Tria sunt, quæ tangit Propheta. Primum, inundantis instar fluminis Dei iram effundendam. 2. frenum perdendum. & 3. maxillas à freni ductu liberandas. *Frenum,* hoc loco, aptius vix quicquam dixeris, quam iniquam, Deo ingratham, ac deliberatam illam voluntatem quærendi in Ægypto pacem, in Ægypto quietem, in Ægypto incommoda belli, Deo inconstulto, declinare velle. Unde per hanc conceptam ac semel firmatam pravam voluntatem, sicut equus freno, sic illi Ægyptiaca hac securitate apprehensa quasi felices, cum miseri essent, circumducebantur, Jeremia plurimum sed frustra, seducto jam populo, clamante; Jerem. 42. v. 22. *nunc ergo scientes scietis, quid gladio & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare ut habitaretis ibi.*

Cùm gravissimum illud fidei ac religionis bellum, annis ab hinc centum sexaginta suscitaretur, ac fames divini verbi

ut volebant, obtenderetur, nec non gladius Apostolicæ potestatis sibi impendere nonnulli metuerent, jamque de pace, tranquillitate ac conscientiarum Evangelica, ut dicebant, libertate tam privatæ quàm publicæ fierent consultationes, quæ sita est non tam nova aliqua Ægyptus, quam *frenum* aliquod maxillis non aliquorum hominum, sed regnorum, provinciarum, regionum ac civitatum, & hoc quidem injiciendum. *Imputativam*, ante dies illos mundo ignotam, *justitiam dari*, eamque firmissimè credendam, nisi quis æternum perire maluerit; unde merita, vita, passio, mors & omnia quæ in Christo sunt, summo studio populo ideò, & in tantum sunt proposita hæc omnia, tanquam sufficientissimum remedium, ac unicum salutis æternæ pretium, *si tantum crederent*, justitiam coram Deo abundantem ac plenissimam, nec non pacem conscientiarumque tranquillitatem spondentibus illis freni inventoribus se consecutos.

Quo *freno* confecto, ac multorum

A 2

maxil-

oris, quod
Tria sunt,
um, inun-
effunden-
& 3. ma-
Frenum,
m dixeris,
n, ac deli-
rendi in Æ-
rem, in Æ-
nconsulto,
anc conce-
am volun-
c illi Ægy-
enta quasi
cumduce-
ed frustra,
te; Jerem.
ietis, quia
mini in loco,
habitaretis
dei ac reli-
centum sex-
livini verbi
ut

maxillis injecto, jam pacem se cum Deo
 sempiternam, conscientiarum se tranquil-
 litatem minimè turbendam, peccatorum
 molem nequaquam timendam, ac de-
 mum æternæ salutis consequendæ tesse-
 ram se habere indeficientem lætabundi
 gloriabantur. Nec sermo ullus gratior,
 quam dum hujus justitiæ mentio fiebat
 uberior, aut concio aliqua jucundior, quã
 dum mentes hominum hoc allectamen-
 to contra S. Romanæ Ecclesiæ salutare
 timores nutriebantur. Hinc enim S. R.
 Ecclesiæ sacramentalis confessionis, ac
 pœnitentiarum agendarum onus, censu-
 rarum, atque excommunicationum gla-
 dius, nec non bellum illud contra quæ-
 vis peccatorum incitamenta se evasuros
 omnino sperabant, hoc statuentes, *si*
Christus pro nobis, quis contra nos? Jam
 peccatis suis nemo cœlum aut æternam
 suam perdet salutem, nisi *justitiam hanc*
imputativam, tanquam Deo ingratus,
 certò credere noluerit. Deus namque
 minimè iniquus, duplicem haud petet
 pro peccatis satisfactionem, hanc enim
 cum

cum in filio abundantem acceperit, ut
 quid iustitiam nostram nobis, actioni-
 bus, aut operibus nostris asciscere fatagi-
 mus? ut quid iusti & sancti in alio, quam
 in sancto sanctorum esse cupimus? In
 nobis nihil nisi bellum, in nobis nihil
 nisi peccatorum pestis, & virtutum fames
 est, in Christo sunt omnia; ille est Agnus
 tantus, qui solus tollit peccata mundi.
 Ergo vale facta terra antiqua, vale facta
 fides primitus in Europa prædicata, va-
 le facta inconcussa antiquitatis consue-
 tudo, & Ægyptiacæ quæsitæ sunt deli-
 tiæ, *freno iustitiæ imputativæ* circumdu-
 cti populi, conculcata Sancta, everfa pio-
 rum monumenta, sublata sunt omnia
 quæ antiquam, veramque Germanorum,
 aut Europæorum integritatem testaban-
 tur.

Ast, benevole Lector, scias velim, nos
 peccata nostra, cum facta fuerint, facta
 esse nequaquam negare posse; sed reme-
 dio opus habere, tanto ut onere libere-
 mur. Christum pro peccatis nostris sa-
 tisfecisse credimus, virtutem ac merita

A 3

ejus,



ejus, dignitatemque personæ divinæ infinitam, misericordiam verò super omnia opera ejus perlibenter fide tenemus; ast justum Dei judicium timemus, scientes, *si nosmetipsos judicaremus, nos non judicandos ab eo, qui reddet unicuique secundum opera sua, malitiis nostris nos accusantibus, & arguentibus.*

Sola proinde quæstio nos inter est, *quo pacto nos homines injustitiam peccatis nostris contractam à nobis remove-re, eamque ad Dei voluntatem ab oculis DEI ita auferre valeamus, ut cor nostrum nos non amplius reprehendat.*
 I. Joan. c. 3. v. 21. Unde cum ante annum 1517. omnes hanc *justitiam imputativam* ignorarint, ac ne vestigium ejus in sacris litteris repertum sit. Hæcque *justitia* facta sit quasi *frenum* in maxillis multorum, quo ducti ad multos S. R. Ecclesiæ fidei articulos aut negandos, aut reformandos prolapsi sint; hinc *imputativæ hujus justitiæ* soliditatem, aut nullitatem inquirere statui, ac libello hoc tentavi; Tu, mi Lector, mone in charitate

tate Christiana, non in spiritu immundo, aut luxuriam redolente, non in spiritu contumelioso, multominus in spiritu superbiæ (ut D. Nicolaus Arnoldi fecisse plurimis locis probatum, & ideò indignum calamo meo habeo) tantam difficultatem, unde plures quàm ducenti articuli controversi dependent. Sincerè namque profiteor, *si justitia hæc imputativa* fundamentum solidum habuerit, ducentos S. R. Ecclesiæ fidei articulos omninò sic reformandos, sicut totidem apud te corrigendos jam asserui; ut proinde inficiari non audeas, hanc unicam, & talem esse quæstionem, quæ meritò, pro obtinenda religiosa pace, ante quosvis alios articulos discutienda sit.

Rogo proinde omnes controversiarum amatores, cujuscunque religionis fuerint, hanc quæstionem cordi habeant, huic quicquid virium ac scientiarum est, totaliter ac seriò, breviter tamen ita impendant, quatenus videant omnes, nos in fidei negotio nihil nisi veram & candidam atque in æterna vita æternùm per-

mansuram veritatem scrutando quærere,
 cum præcipuè scriptum sit: *Sermo meus,*
quem locutus sum, judicabit vos in illa
die. Et vos ô summa ac suprema orbis
 capita huic studio ita favere dignemini,
 ut tandem cor unum ac animam unam
 hîc & ubique videre, atque approximan-
 tem diem ultimum, per pacem religio-
 sam, omnibus minus formidabilem con-
 spicere concedat ille, qui statuit mun-
 dum judicare in eo, qui novit omnia in
 pondere & mensura illis dare, quic-
 quid omnes promeriti fue-
 rint. Vale.



Pro-

PROTESTATIO
AUCTORIS,

Quòd, & cur

Domino

Nicolao Arnoldi,
Calvinistę Theologię Do-
ctori & Professori in Aca-
demia Frisia Anno 1671.

contra librum suum,

Iudicium pœnitentiale,
dictum, & hîc Francofurti

Apud Joh. Baptistę Schön-
vvetteri Hæredes extantem,
scribenti, nihil voluerit, ac
debuerit respondere.

Similiter nihil opposuerit

M. Christoph. Ludov. Schwar-
zenau/ Alfeldia. Hasso Lutherano An-
no 1673. eundem librum refutare
frustra conanti.

Pro-



PROOEMIUM.

*Cur fiant hæ causæ silentii mei
nunc publici juris.*

ET si ad mentem Divi Augustini Epist. 49. in responsione ad quæst. 6. p. m. 42. lit. K. D. Nicolaq Arnoldi reponere possem id, quod dictus Pater de paganorum irrisionibus scripto reliquit, dum ait: *in ipsum Christum quòd tertio die surrexerit, non crederemus, si fides Christianorum cacchinnum metueret paganorum*: ego dixero *reformatorum*; ideoq; illo contento, ad rem quam intendo perficiendam pergere meritò possem, nihilominus, quia ipse fatetur pag. 141. *si nostra pœnitentia, illis inimica, vera sit, plures æternum perituros quàm Europa credat*; & pag. 206. fatetur, *horrendum esse, quod Calvinista, nisi aliam egerit pœnitentiam, quàm iuxta fidem suam nunc agere tenetur, æternum sit ob peccata*

cata sua damnatus, nec tamen ignorare potest, nostram pœnitentiam à tota Catholica Christianitate veram agnosci, hinc si non ille, saltem reformati in genere amplius erudiri merentur; & non pudet, me *fundamentum pœnitentiae ab operibus mortuis* Hebræ: 6. v. 1. defendere, maximè quia ex illo capite, quod typis hæctenus contra hunc Dominum nihil ediderim, nonnullis sim visus, aut aciem declinare, aut tanti momenti doctrinam, qualis vera & Evangelica est peccatorum remissio, ad inum usque non evacuarim, nonnullis etiam pruritus, quo hunc Dominum excitarunt, in caput refundendus veniat, ut cognoscant occultos cuniculos sæpissime cum autorum rubore detegi, hinc cùm frenum erroris ejusque partem primam nunc luci daturus sim, causas aliquas mei silentii ita præmittendas censui, ut & simul me debitè excusent, & D. Arnoldi, suosque si sapere velint, magis instruere valeant.

CAPUT I.

*Affertur prima silentii causa, quæ
est turpitude D. Arnoldi in
scribendo.*

QUOD ergo annis ab hinc sex nihil
typis ediderim, varia licet compo-
sita habeam, fecit præprimis impudicus
ac minus honestus agendi modus, quo
D. Arnoldi usus, gloriam ex sordibus quæ-
sivit, neque in me solum, sed in omnes
totius Christianitatis confessarios hirci-
nam effudit turpiloquentiam, dum pag.
73. hæc chartæ illinire nequaquam eru-
buit, dicens: multo magis abstinendum
,, erit ab impura ista confessione, quam
,, exigit summa vestra angelica (diaboli-
,, cam rectius dixeris) circa sextum præ-
,, ceptum, quæque vult confitenti ejus-
,, modi quæstiones (quas cum delectatio-
,, ne fors venererâ enarrat) proponi, simi-
,, lesque ex Toletto afferens, sic debaccha-
,, tur pag. 74. 75. Non dubito quin tu his
usus

„usus Magistris, Domine Doctor taliter
„confitentes audias, examines, in talia
„sedulò inquiras, ac omnibus ita probè
„perrimatis pro tribunali sedens pronun-
„cies, itaque cum conjugatis, adolescen-
„tulis, puellis agas, ac tantum non deci-
„mas usuræ corporis muliercularum exi-
gas. Ac cum pudibundarum matronarum
reticentiam nobis objecisset, sic rursus
exclamat, *vah! impudentissime mortali-*
um. Huic brutali ac diabolicæ potius
exclamationi nihil nisi ipsum Dei manda-
tum Levit. 18. à vers. 19. opono, asseren-
do: si diabolicum non fuit hoc loco Israë-
litas de talibus peccatis minimè commit-
tendis moneri, ac talium mentionem in
divinis litteris fieri? quis diabolicum pru-
denter dixerit, ea si Dei nomine cogno-
scantur, ac judicentur, maxime cum plu-
rimi Christianorum & maximè Reforma-
torum talia peccata committere non eru-
bescant, ut exemplo sit ille religionis ve-
stræ prædicans Mosbacensis ad Nicarum,
qui cum propria filia carnaliter peccare,
ac gravissima perpetrare paucis ab hinc


sa, qua
in

sex nihil
compo-
pudicus
lus, quo
bus que-
n omnes
os hirci-
um pag-
tam eru-
nendum
e, quam
diaboli-
um præ-
nti ejus-
lectatio-
ni, simi-
ebaccha-
in tu his
usus

annis non erubuit. Testis fit Ludirector ille Amstelrodami capite plexus, impubere-rem quod puellam impudicè tractasset. Accedit, si similia in iudicio criminali à viris conjugatis, atque omnimodæ castitati minus deditis, licitè inquirantur, ut Anno 1653. Herbipolim acta horrenda à vestratibus missa, ac à meis Dominis Juris Professoribus è Gallica lingua Latinitati prius data, dein decisionibus iuridicis subjecta scio; si, inquam, tam horrenda à vobis & laicis examinentur, in finem ut promeritæ poenæ corporales infligantur; & si S. Paulus dicere ex cognitione hac potuit, *in quibus nunc erubescitis.* Rom. 6. v. 21. dixerat autem S. Paulus Rom. 1. v. 26. *nam foemina eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam, &c.* heus castissime Domine Arnoldi! increpa S. Paulum, quod te & tuos scandalizet, vel nos arguere desine, & tace: quis enim nobis improperabit, qui opera diaboli ac tenebrarum dissolvere, ea retractari ac deleri cupimus, quæ turpiter, atque in
 abscon-

abscondito agere nonnulli haudquaquam
formidarunt? credo D. Arnoldi in extre-
mo die, quando liber scriptus proferetur,
unde mundus judicetur (hæc enim ante
45. annos à se puero per Prudentium
anno 390. viventem composita, cantata
fatetur pag. 188.) & quicquid latet ap-
parebit, nil inultum remanebit publicè,
totoque mundo audiente exclamaturum.
Vab impudentissimum iudicium! ubi ta-
lia proferuntur. Legat in hanc rem libel-
lum à suis valde commendatum, atque
ab Illustrissimo Cardinali Bona conscri-
ptum, cui titulus, manuductio ad cœlum,
in loco de confessione, & plura inveniet,
ejus teneræ conscientia servientia, ne
scandalizetur. Similis farina est id quod
pag. 242. totus furibundus & infrunitus
evomit in hæc verba: Ego quoties cogi-
to numerum sacramentorum tuorum,
effectumque singulis ex opere operato
tributum, toties te cogito impostorem,
& crumenifecam: si enim tot sacramen-
ta vim habeant gratiam conferendi, pec-
cata expiandi, cur tu misellos tuos Fran-
cofur-

„cofurtenses Papistas in purgatorium mo-
 „rientes remittis? aut oleum illud, quo
 „eos extremè unxisti, eam vim habet pur-
 „gandi peccata, aut non? si non, cur eos
 „docuisti eam fuisse istius sacramenti vim?
 „si ita, fraudulentissimus es impostor,
 „qui tuo inhias lucro ex missarum re-
 „demtione, quas vis redemptas, ut reli-
 „quæ peccatorum expurgentur. Quibus
 „pag. 251. addit: Tu verò nihil agis, dum
 „histrionis adinstar fictitium tribunal
 conscendis. En benevole Lector, judica,
 quisnam impurus atque supinæ ignoran-
 tiæ spiritus rexit hunc virum, cum in
 talia manum suam ac calamum strinxit?
 Nihil sordibus his reponendum judico,
 nisi hoc vulgare. Hoc scio pro certo,
 quoties cum stercore certo, seu vinco aut
 vincor, semper ego maculor, cum
 præsertim altera causa æquè
 prægnans sit.





CAPUT

CAPUT II.

Secunda causa, quia D. Arnoldi, ignorans principia Roma-Catholicorum, frustra queritur, me sua ignorare principia.

NAm licet identidem accuset meam suorum principiorum ignorantiam, ipse tamen nihil minus, quàm nostra novit S. Theologiæ principia, ut ex præmisso ejus inani stultiloquio patet. Ubi omnium primo ferri non potest hæc ignorantia, quia non distinguit inter maculas individualium peccatorum actualium, & maculas ex peccato originali adhærentes, illæ enim tolli possunt, hæc mitigari, & domari. Nunc pergamus: Enimverò quisnam docuit omnes omnino Francofurtenses (ne dicam omnes Romano-Catholicos) post percepta S. Sacramenta necessariò ad purgatorium remitti? figmentum est D. Arnoldi. Quis docuit omnia peccata expresse & directè confessioni non subjecta, directè per S. Sacramenta aboleri? omnes pœnas annullari? nihil punien-

niendum remanere? Prudentius te docere poterit, nisi puer cantaveris ea, quæ nunc Doctor adhuc ignoras, hic verò sic canit: *Quid tum miser sum dicturus, quem patronum rogaturus, cum vix iustus sit securus.* Quis docuit fiduciam in unica Christi satisfactione abolendam, si satisfactoria à nobis exigantur opera? quod pag. 101. effutis. Quis dixit in actuali peccato nihil esse nisi reatum & maculam? ignorantiam tuam ista testantur. Sicut & ignoras, quid sit peccatum actuale habituale, dum acutum me dicis pag. 219. disputatorem, sed nihil respondes: pariter ignorantia convinceris dum actuale habituale peccatum aliquam essentiam habere pag. 197. negas: gravissimum peccatum ignorantia committis, dum scribis pag. 211. solum Christum Dominum edere posse actus ob quos Deus culpam seu maculam remittat, & tamen à peccatore poni vis, pag. 215. actus peccatorum habitualium, quoad esse maculae, aliqualem destructionem, quales sunt fides, dolor, poenitentia &c. similiter ignoras totius

tius

tius Christianitatis hanc à me allatam doctrinam esse genuinam, & tamen è cerebello meo ac Westphalico prodire hæc pectore delirando scripsisti. Ignoras, aut fingis ignorare, quod pœnitentiæ nostræ & Evangelicæ alia sint, ac tuæ naturalis, ac ne Judaicæ quidem pœnitentiæ, principia, siquidem dicta mea mihi, ut dixi tribuis. Demum planè statum peccati, & ipsius vocis justificare, justum facere, declarare justum, etiam forensi more acceptum, ut infra doceberis, cum quartam Silentii causam tibi proposuero, ignoras. Nam pergo.

CAPUT III.

Tertia causa est, quia liber ejus majori ex parte à scopo aberrat.

AD tertiam causam, quæ est, quod libellus tuus, & tu, à toto meo, credo datâ operâ, aberraris scopo, siquidem à pagina prima usque ad 121. nihil nisi partes essentielles auricularis (nisi cubitalem dicere velis) confessionis adducis &


& oppugnans, cum ego nihil intenderim, quam iudicium aliquod, Christi nomine, in terris super pœnitentem formandum esse, probare. Quare in hunc finem loco principii utrimque recepti posui pag. 127. factum Christi Domini Matt. 9. v. 6. cum ait; *ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem remittendi in terris peccata*, ostendique, quod Christus non egisset hîc Calviniano more; Verum, ad hæc D. Arnoldi tacet, non refutat Christi factum, non esse factum reformato more, verum, quæstionem movet, an Christus ut homo remisit peccata, licet Salvator satis clarè expresserit per verba; *ut sciatis quia filius hominis habet in terris &c.* posui deinde secundum, & hoc fundamentum, *qui talem potestatem dedit hominibus* pag. 137. Hîc fatetur petitionem esse principii, quod & ego fateor, quia contra eorum principia positivè & ex professo agere, mens mea fuit, est, & cum bono Deo erit. Unde directè nihil, nisi nego, nego respondet, & identidem ministerialem vocem repetit, nulli-

Silentii, quia liber ejus errat à scopo. 21

nullique potestatem talem, qualem Christus Dominus exercuit, dari posse asserit, nisi Deitas identicè communicetur, licet clarè scriptum sit. *Si nosmetipsos judicaremus, non judicaremur*: Ubi satis insinuat, hominem judicantem Dei judicium declinare posse absque communicatione Deitatis. Verùm ponderet D. Arnoldi, cur Spiritus Sanctus datus peculiari modo S. Apostolis post Domini resurrectionem, & per insufflationem quidem, quia hanc à gratia baptismali, à gratia Eucharistica, à gratia in Pentecoste data, differre negare non audebit. Quis ergo scit, quid Christus dederit hoc loco? quis scit, quid in Sacerdotibus, quid in Episcopis sit? Te vas vacuum fateris, & te id facere necesse est, à Quaccaris si contrarium assereres ridendus, qui inter te & quemvis alium nullam agnoscunt differentiam. Noli mi D. Doctor delirare, in uno Dei majestatem extollens, dum Deitatem vis communicatam, in altero bonitatem suppressis, dicendo, nullum hominem, sicut Beata Magdalena à Christo

ito

sto authoritativè absoluta est, absolvi;
 pag. 231. cum tamen Christus verbo illo
 usus sit, potestatem Apostolis dans, quo
 B. Magdalenam absolvit, nempe *remittuntur tibi &c. quorum remisistis &c.*
 ita ut verbum hoc eandem utrobique habeat significationem, Deitas non requiritur. Cape-sis exemplum. B. V. Deam non dicis, & bene, non enim est, & tamen Deum genuit, si Deus à matre nasci potuit non Dea, cur iudicium Dei nomine ab homine ferri non posset, nisi Deus esset? Moses in ore suo Deum habebat, Deitatem ignorabat. Verbum Dei est Deus, tu prædicas verbum Dei, ut putas, ergo vel Deus eris, vel nullus, posterius elige, ne Deitatem affectare videaris.



CAPUT

CAPUT III.

*Quarta causa, quia Catholicorum mo-
dos loquendi odio habens fingit perver-
sè, dari activam & passivam impu-
tationem, quæ etiam ostenditur,
forensi more agendi & lo-
quendi, falsa.*

Quarta causa est, quia grave ei vi-
suum est, se Polonum à Westphalo
lucem mutuari debere, ut qui jam typis
librum cui titulus, Lucem in tenebris, hoc
est commentarium in sacra biblia edidit,
hincque omnia illa, quæ ex communi
S. R. E. ac totius Christianitatis doctrina
proposui, hæc ipsi deliramenta visa, ac
partus mei cerebri æstimata sunt: quæ ve-
rò ipse in medium attulit, hæc tanquam
cœlitus delapsa reputari cupit, unde gran-
diloquentia sua distinctiones inter acti-
vam & passivam imputationem, inter ju-
stum facere, ac sanctificare, inter justum
ac sanctum esse tantoperè jactitat, ut his
puris

CAPUT

puris vocibus me superatum si non cre-
 dat, saltem aliis persuasum cupiat, cum
 tamen hæc omnia tanquam aranearum
 tela exiguo diffidentur, & hoc spiritu; quia
 supponit, & nunquam probat, quod vox
 peccatum, à quo liberati sumus per Chri-
 stum, omnium primò significet *pœnam*
 peccatis debitam. Sic Rom. 6. v. 18. *li-*
berati à peccato, ipse interpretatur de rea-
 tu & pœna, maculâ & culpâ remanente.
 Licet Rom. 5. v. 19. dicas S. Paulus: *per*
unius obedientiam justis constituentur
multi: ut justum constitui non sit, à so-
 lis pœnis liberari, sed v. 21. *gratia regnet*
per justitiam in vitam æternam, scilicet
 in nobis; itaque justitia dicit priùs gra-
 tiam, quàm remissionem pœnæ, & qui-
 dem gratiam existentem in homine, quan-
 do per obedientiam Christi constituitur
 justus. Hic jam prodeat, & probet, justifi-
 ficare non esse justum facere, justificare
 esse tantum abolere reatum &c. Hæc D.
 Arnoldi sunt tua, & ideo, inania princi-
 pia, quod sic cape ulterius probatum.
 Quia activa & passiva justificatio nihil
 aliud

aliud est, quàm imprudens reformati ingenii partus, cum ipsis Reformatorum principiis pugnans; siquidem voces, justum facere, justificare, ac justum declarare in nullo, quam forensi significatione acceptum volunt, & gravissimum peccant juris errorem. In jure enim cum sententia forensi more super delicta, indeque dimanantes pœnas fertur, non prius de pœna, sed de culpa quæstio est, quoniam pœnæ culpis commensurari debent, nec pœnæ per se reddunt hominem juridicè injustum, sed culpæ per omnia & vulgatissima juris principia. Hinc, ubi culpa non est, nec pœna esse potest, sunt enim correlativa; si ergo forensi more Deum processisse velint, à culpæ cognitione, atque ejusdem vel abolitione, vel permanentia fuit agendum. Et meritè sic, quia cum præcognitio ac existentia meritorum Christi ab æterno in ordine ad pœnas & culpas se habeant æqualiter, nec Christus determinavit, quod prius pro pœnis, quam pro culpis satisfacere vellet, nec Deus in sacris litteris abolitionem pœnæ ipsius culpæ

B

culpæ

non cre
piat, cum
ranearum
ritu; quia
quod vox
per Chri
et pœnam
v. 18. li
ur de rea
manente.
ulus: per
tituentur
sit, à so
ia regnet
, scilicet
rius gra
, & qui
ne, quan
stituitur
et, justi
ustificare
Hæc D.
a princi
obatum.
tio nihil
aliud

culpæ annullationi prætulit, quin positivè culpas tanquam ipsum corpus, delicti à peccatoribus omnium primò tolli quæsierit, dum ait: *auferite malum cogitationum vestrarum, vide si forte hæc cogitatio tibi remittatur*, in Simone mago, de quo vide in freno erroris Cap. 2. & 3. Hinc, forensi more si nobis ordinem facere liceat, ponenda est imputatio activa ad culpas, dicendo de abolitione culpæ id, quod Reformati dicunt de pœnarum sublatione, nempe ob mortem Christi omnes culpas imputatione activa ab æterno ita sublatas, ut sint in oculis Dei quasi nunquam ullæ fuerint peccatorum culpæ: pœnas verò manere quotidianis afflictionibus, ac pœnitentiæ operibus redimendas; quare dicere & nos possemus, nos non posse ob culpas nunc æquè damnari minus, quam ipse Christus Dominus in Cœlis: Sed ob horum dictorum impietatem horreo dum hæc scribo, ast quia plus juris competit nobis hoc dicendi, quam illis sua: hinc ad eos convincendos per absurda hæc scribo; absit tamen longissime

giffime à me hæc tam impia & iniqua, quin? in Deum blasphema cogitatio, de qua re solenniter hic protestor. Et hæc non in sensu forési modo sic facta dici possent, verum ex natura rei sic dici oporteret, si verum sit, quod D. Nicolaus Arnoldi, licet falsò, prætendit, pag. 278. nempe, Christum Dominum solum opus Diaboli destruxisse, ubi gravissime errat, dum pœnas opus dæmonis dicit, quia pœnæ opus Dei ac justitiæ divinæ sunt, quæ ad Dei ordinationem, licet etiam à dæmone (juxta Christi dictum, *qui paratus est Diabolo & Angelis ejus*, Matth. 25. 41.) infligantur, non tamen dæmonis per se opus sunt: verum quia Diabolus mendax & homicida est, & invidia sua mortem in mundum induxit, hinc quicquid hominem culpabilem facit, Christus dicit opera Diaboli, Joan. c. 8. v. 44. *vos ex patre Diabolo estis, & opera ejus vultis facere*: ideoque ipsa peccata, quoad esse culpæ, dicuntur opera tenebrarum, opera mortua, opera carnis, quæ cor nostrum reprehendunt 1. Joan. 3. v. 21. &c.

Quia proinde per imputationem activam opus Diaboli à Deo ponitur adeo destructum, quod pag. 211. fateatur à Christo Domino solo actus destructivos peccati posse poni, hinc ante omnia per activam imputationem omnis culpa, omnis macula tolli deberet, non vero reatus, seu pœna ut opus dæmonis verè tollatur, quia S. Petrus I. c. 3. v. 18. ait: *Ipse pro peccatis nostris mortuus est.* Et S. Paulus Hebræ. c. 10. v. 10. dicit: *nos in voluntate Christi sanctificatos esse per oblationem corporis Christi:* cum ergo hæc voluntas Christi prior sit Christi Domini passione ac morte, ideo si calviniano more loquendum esset, dicendum foret, nos prius per Christi oblationem sanctificatos à culpa, quam justificatos à reatu. Verùm Catholicam de hac re sententiam vide in freno erroris, infra c. 1. Ex Trident. cum docet, *in justificatione omnia simul fieri:* accedit, quod mors Christi sit vita nostra, ipse enim morte sua mortem superavit, animæ autem mors propriè non sunt pœnæ, sed culpæ ac maculæ, quæ occidunt ani-

animam, *anima enim quæ peccaverit ipsa morietur* : quæ omnia forensi more loquendo sic confirmantur.

Cùm in delicti actione intentata reus absolvitur, ante omnia & prius ex justitia pronunciatum liber à culpa, dein à pœna, nisi jure aggratiandi utendum sit. Ast in jure aggratiandi nemo per sententiam justificatur, sed manente culpa, pœna tantum condonatur. Nunc ergo per Christum Dominum cum à peccatis nostris justificemur, non autem aggratiandi dono tractemur, manendum nobis est in juris significandi more, ideoque vox justificare primariò non de ablatione pœnæ, sed culpæ capienda est forensi more, quod pulchrè S. Paulus Rom. 6. v. 17. & 18. astruit, cum ait: *liberati autem à peccato servi facti estis justitiæ*. Ubi vox *peccati* sumitur pro culpa & reatu, quod sic ostendo, quia servitutem peccati cum servitute justitiæ comparans, satis declarat se loqui primariò de peccato, *ut culpa*, huic enim, non pœnæ servitur. Unde D. Arnoldi malè docet pag. 180. Electos non servire peccato,

cato, nam dum actu peccant, non possunt non servire actui qui maculam inducit, & huic actui peccaminoso tam serviunt diu, donec à culpa Evangelicè liberentur, & cum à peccato liberantur, omnium primò à macula liberantur. Hæc evertite si potes.

Verū, quia Reformati nihil pejus quàm pœnas oderunt Deo solvendas, ideoque opera satisfactoria, pœnitentias, jejunia, cilicia, proprias castigationes, vitæ asperitates, monasticam disciplinam, indulgentias, jubilæa, purgatorium, sanctum Sacrificium ita oderunt, quod hoc quæst. 80. Heidel. Catech. idololatricum ac passionis Dominicæ negationem asseverare non erubuerint, ac vocem justificare è bibliis eradere nequiverint, hinc inverso modo pœnas volunt sublatas, culpas vero & maculas ad finem vitæ usque permanere statuunt, non distinguentes inter maculas ex individualibus peccatis actualibus remanentes, & illas quæ ex peccato originali adhærent, ut supra cap. 2. in initio monui; quibus culpis non obstantibus nihil-

nihilominus de æterna vita tam sibi sunt
securi, quam ipse est Christus. Calv.
lib. 4. Inst. c. 17. §. 2. imo D. Arnoldi p.
274. & 275. jactare audet, se multò cer-
tius suos Reformatos in cœlum mittere,
ac nostrates faciunt. Quæ credendi li-
bertas eò ascendit, quod articulum sym-
boli Apostolici, *descendit ad inferos*, ad-
litteram negent, & in quæst. 44. Heidel.
Catech. docere non erubescant, cum sic
quæritur, cur additur? descendit ad in-
feros. Respondent, ut in luminis do-
loribus, & gravissimis tentationibus
me consolatione hac sustentem, quod
Dominus meus Jesus Christus inenarra-
bilibus animi sui angustiis, cruciatibus &
terroribus, in quos antea tum maxime in
cruce pendens fuerat demersus, me ab
angustiis & cruciatibus inferni liberavit.
Quæ & Calvinus docet lib. 2. Inst. c. 16.
§. 10. cum ait: verum de Christi de-
scensu ad inferos *seposita ratione symboli*,
certior expositio quærenda est, ac in fine
hujus paragraphi sic statuit: ut sciamus
non modo corpus Christi in pretium re-

„ demtionis fuisse traditum, sed aliud ma-
 „ jus & excellentius pretium fuisse, quod
 „ diros in anima cruciatus damnati ac per-
 „ diti hominis pertulerit. Unde Ursinus
 in hanc quæstionem §. 2. de usu hujus ar-
 ticuli, descendit ad inferos, sic scribit:
 „ Christus descendit ad inferos i. ne no-
 „ bis esset descendendum, sed ut nos ab
 „ æternis angustiis & cruciatibus inferni
 „ liberaret. 2. ut nos secum eveheret in
 cœlum. Sic itur ad astra! Horresce mi
 Lector ex hac credendi libertate, quod
 ipsum fidei Apostolicæ articulum mutare
 ac sensum ejus seponere audeant, tantum
 ideo, ne *imputativa justitia figmentum* ex
 Veritate descensus Christi Domini, & ar-
 ticuli hujus Apostolici corruere cogan-
 tur agnoscere. Si enim in veteri testa-
 mento & novo omnes sint Evangelicè,
 id est per imputativam justitiam à pœnis
 liberati, ut D. Arnoldi ad nauseam cla-
 mat, sane veteris testamenti Patres non
 poterant per hunc Christi Domini de-
 scensum liberari è carcere, quia ex Calvini
 mente fuerunt obligati credere nullas sol-
 ven-

vendas pœnas ab electis, ob acerbos quin-
damnati ac perditii hominis à Christo Do-
mino perlatos dolores. Satius ergo, &
ad Calvinianam fidem melle ac dulcedine
illiniendam fuit, articulum hunc, quam
tuum *figmentum* de justitia imputativa
deserere, ne Propheta errasse dici posset,
qui dixit: *posuerunt mendacium tegumen-
tum suum.*

Cùm itaque veram pœnitentiam de
peccatis agendam negare non possint, pœ-
nas remanere credere nolint, aliquid de
quo dolere possent, remanere debuit, &
elexerunt id, quod in peccato maximum
& summum est, nempe, ipsum esse actua-
lis peccati habitualiter perseverantis, de
quo, & cujus gravitate, ago hac prima
parte freni erroris, capite præsertim 2. &
3. Nam culpa nihil aliud est, quàm pec-
catum ipsum, ut actus Deo ingratus tam
diu durans, quam diu non destruitur: &
quia culpa secundum illos in vita hac nun-
quam totaliter destruitur, ipsi in hac vita
nunquam sunt parati ut cœlum intrent,
nec unquam intrabunt, nisi fiant in vita

34. *Cap. IV. Causa IV. Silentii &c.*

& in oculis Dei *alii*, ac juxta fidem suam nunc *esse* tenentur. Videat nunc D. Arnoldi, annon ego principia ejus sciam & tangam, & cum bono Deo infringere que-ram, ac tam certo infracturus sim, ac David caput Goleat sustulit. Ringat is, & quærat quis sim cum Saule 1. Reg. 17. v. ultimo, quia ego Westphalus ante paucos annos contra te *pavorem Saulis* cedere parans, ab aliis monitus rem distuli, & nunc tenens caput vestræ religionis avulsum è corpore tot tuorum perversorum fidei, ut putas, articulorum, dicam; natione Westphalus sum, à puero enutritus, ut Reformatorum principiis insidier, frende, ringere, ac debacchare ut voles, tu non evinces in justificatione peccatoris sive activa sive passiva imputativam justitiam à reatu, vel tempore, vel ratione præferendam imputationi à culpa. Licet nos neutram in tuo sensu credamus, de qua re vide in freno erroris

cap. 7. toto.

CAPUT

CAPUT V.

*Quinta causa est, quia in facienda ab-
solutione poenitentis aliquod iudiciū ad-
mittere coactus, potius cœcum &
imprudens, quàm verum,
vult admittere.*

Quinta causa priori affinis est, quia
confundit omnia, nam sicut in im-
putativa iustitia invertunt ordinem, pro ut
c. 4. jam ostensum est, ita in iudicio poeni-
tentiali omnia invertunt. Sicut enim sen-
tentia vel iudicium, ex notatione Logica
& Juridica, est alterius, quàm iudicandi,
sententia, ita hi miseri homines ex eo quod
scriptum inveniant à S. Paulo I. Corint.
II. v. 31. iudicium ferendum à semetipso,
ideo in materia de poenitentia agenda dari
negant proprie dictum, sed sufficere sta-
tuunt charitatis iudicium, & sibi cadere ac-
stare potius volunt peccatorem, cum ta-
men, re penitus inspecta, iudicium ali-
quod & distinctum à poenitentis iudicio,
admittere debeant, quod sic ostenditur,

B 6

quia

CAPUT

quia cum D. Arnoldi pag. 138. & passim fateatur, pœnitentiam adeo necessariam, nullus quod ea carens salvari ac passivæ imputationis particeps fieri possit, deinde p. 219. maculas & pœnas contrahi à peccantibus concedit, iisque neminem ante liberari asserit, quàm cum in tempore absolvitur pag. 252. & pag. 272. ideo irrefragabiliter sequitur, quod absolvens judicare debeat, 1. an, & quam imputationem pœnitens credat? 2. an velit hic & nunc se ejus participem facere? 3. an ergo sufficienter pœniteat? 4. & an pœnitentiæ hujus sufficientem cognitionem absolvens ex signis ejus, qui pœnitentiam agit, habeat? five, an ex thesi valide hypothesein faciat, ut ait pag. 252. (5) an ergo annunciari possit & debeat remissio peccatorum, five, an hypothesis valide facta? Ubi notet D. Arnoldi, quod cum cor hominis sit inscrutabile, annon pro laudanda vel reprobanda hypothesei magno sit opus judicio? hæc enim si prævio judicio prudenti non fiant, erunt Quaccaris ludibrio, qui hoc solum querulantur, quod prædi-

quia cœcum iudicium præfert &c. 37

prædicantes fallibiles homines, certi nihil asseverare possint. Vide Joannem Lafsenium in Historia de Quaccaris Añ. 1661. Jenæ edita c. 13. toto & lepida invenies.

Cùm itaque D. Arnoldi p. 198. fateatur, omne peccatum, ut actum aliquem, Deo ingratum, destruendum, ac destructio hæc non sit quævis pœnitentia, aut in genere; sed actus pœnitentialis, destruens peccatum, esse debeat actus individualiter (delere n. est conterere, & conterere est integrum durum conterere, Arnoldi p. 78.) oppositus actui peccaminoso, hinc pœnitentia extendere se debet ad omnes individuales actus peccaminosos, quia tam hic, quàm ille actus peccati, Deo ingratus, adeoque per pœnitentiam individualement, actum adhuc in intellectu, voluntate, ac corde averso hærentem conterens, destruendus est, ut in freno erroris c. 3. & 4. fusius videbis.

Si ergo judicandum est ab absolvente de pœnitentia, judicari debet de sufficientia pœnitentiæ, de destructione destruendi peccati, de conversivo actu indivi-

B 7

duali

duali ad Deum. Hinc judicet D. Arnoldi, an bene dixerit in hoc iudicio, charitatis iudicium sufficere? pag. 255. judicet an per se & semper sufficiat pœnitentiam generalem, verbi gratia, doleo, dele iniquitatem &c. non intres in iudicium &c. à pœnitente audire? cum hi actus doloris proprie nullum actum individua-lem destruant. Unde & judicet, an statum verum pœnitentis absolvens, ignorare possit? ut fatetur pag. 294. Et sic omnibus simul sumtis judicet, an ejus absolutio non sit cæca, imprudens, erronea, nihil in peccatore operans, peccatorem talem relinquens, qualis peccando factus est, ideoque nullum actum in individuo cum destruat, annon actus ille peccaminosus formaliter in peccatore maneat, ac cum ipso peccatore ad inferos (cum cœlum ut immundus intrare nequeat) descendat, æternùm æterna pœna castigandus; opera enim sequuntur: Judicet etiam, an iudicium de pœnitentiæ qualitate, perfectione, sufficientia &c. non debeat fieri Dei auctoritate, certò, infal-
libili-

libiliter, atque eo cum effectu, ut in cœ-
lis ratum habendum sit id, quod in ter-
ris fuerit actum. Demum iudicet, an
non æquè damnandus quam salvandus à
Reformato possit absolvi, cum damnatus
generaliter possit dolere. Ultimò iudi-
cet, an is sit Sacerdos de quo S. August.
lib. de pœnit: med. cap. 2. dicit: quisquis
hoc tempore per merita obedientiæ & per
satisfactionem pœnitentiæ non sibi pro-
videt locum in corde sacerdotis, qua fron-
te impudentiæ tunc volet averti faciem
Dei à peccatis suis. D. Doctor Arnoldi,
si hæc te non docent, à te, tuisque pec-
catoribus sub dispendio æternæ vitæ ali-
am, quam tu doces agendam esse pœni-
tentiam, dico cum S. Augustino te & tuos
habere frontes impudentiæ. Ubi enim
vobis est cor Sacerdotis? nullibi, ô miseri!!
Atque ex his discat beneficium authorita-
tivæ potestatis, discat benignissimi Dei
bonitatem, qui vult omnes salvos fieri,
& ad agnitionem sui nominis venire, di-
scat potestatem talem datam hominibus,
dum dictum: *Accipite Spiritum Sanctum,*

quo

40 *Cap. VI. Caus. VI. Silentii,*
quorum remiseritis peccata, remittuntur
eis: discat, quid sit, legatione fungimur,
discat, quid sit, verbum reconciliationis,
discat, quod scriptum sit, annunciantes
actus suos, &, alterutrum confiteamini
peccata vestra, cœtera in freno erroris.

CAPUT VI.

Quia ministerialis eorum potestas ni-
hil & nuda vox est, & non vult ab-
solutè fateri in quo subjecto
ante annum 1536. illa
fuerit.

DEmum sexta & ultima causa est, quia
contra totam antiquitatem loquens,
non voluit respondere, quomodo in eos
derivata? cum Sacerdotes ignorent: ver-
ba enim S. August. in fine præteriti capi-
tis citata pag. 2. mei libelli, præterit, quia
obmutescere debet, dum rapuisse nos ca-
lumniatur autoritativam potestatem ab-
solvendi, S. August. verbis convictus.
Dein quæsi in quo subjecto ab anno
1417. usque in annum 1536. fuisset agni-

ta

quia ministerialis potestas &c. 41

ta ministerialis illa potestas? si enim in A-
postolis fuerit, semper & in aliquibus
fuit, quia semper creditus hic articulus:
credo remissionem peccatorum: & nihil,
sed hoc, respondit: *quod illa in Ecclesia
tum fuisset*: Verum, Ecclesiae membra o-
mnia intra proximos centum annos so-
lam authoritativam potestatem & sic per
omnia saecula usque ad SS. Apostolos
ascendendo omnes crediderunt, nisi vel
unum subjectum, aliud credens, addu-
xerit, sicut ipse formam absolutionis pro-
batam petit; maxime, quia nec Ecclesia,
nec ejus membra, potestatem non acce-
ptam à suis majoribus in re sacramenta-
ria assumere, multo minus motu proprio
alicui aut pluribus membris dare possunt:
proin, quia ministerialem nemo à majo-
ribus accepit, ergo summe ridiculum est,
quod scribit p. 252. dum respondere vult
ad mea sic posita. *Calvinistarum mi-
nistri vel totum mundum possunt absol-
vere, & spondere vitam aeternam, vel nul-
lum*: ait enim, dari tertium, nempe quo-
rum pastores sunt, sed quid tales possunt
per

per hoc, quod se dicant, & non sint, pastores? Nam, quod pastores sint, hoc non habent à suis majoribus, sed à Laicis, vel ab iis quorum pastores dici volunt. Et sicut illi laici seorsim & conjunctim nihil certi possunt in negotio passivæ, ut loqui vis, justificationis, cum nemo præ alio certi quid habeat, nec conjunctim aliunde quicquam capere possint certæ potestatis; majores vero eorum cum nihil, nisi autoritativam agnoverint potestatem, ideo tibi & tali pastori nihil datur potestatis ex eo, quia talis, ac tu, pastor est, quod bene ponderes, erit è re, & sanitate cerebri ac animæ tuæ; Ubi dolendum invenio, quod ab Adamo usque huc non fuerint omnes tales ac tu es, pastores, hoc enim ex revelatione venturi Messia ac redemptoris, utique fieri potuisset, cum Adamo Genes. 3. 15. Christus, quin & Jobo c. 19. 25. revelatus legatur; sicque evangelicè omnes potuissent (modo vos pastores adfuissetis) id credere quod vos, id agere, quod vos, id sperare, quod vos. Nemo enim pastorum,

storum, & nemo ovium præ alio fuisset certior, modo Heidelbergensis simul extitisset Catechismus, & omnes utique fuissent paræ potestatis, maxime si iudicio charitativo usi nullum vobis consentientem secundum statum internum judicassetis: vides quomodo adhuc meum stet argumentum, quod vel omnes homines, vel nullos tua fides, pœnitentia, & tuum raptum ministerium salvet? annon enim in hoc casu totus mundus fuisset Calviniani cœli particeps factus? hoc credo, quin ad minimum æternum in atrio Calviniano morari debuissent, de quo atrio lepidum erit Calvinum lib. 3. Inst. c. 20. §. 20. legere. Utimini proinde fictionem juris erga omnes ab Adamo mortuos, & dicite jure retrotractus, omnes salvatos fuisse reformatæ fidei, ut plures habeatis socios, me tamen non habebitis, quia societatem J E S U Christi scio aliam. Vale.

CAPUT

CAPUT VII.

*De M. Christoph. Ludovico Schwarz-
 enaw Lutherano, cur nec illi
 quid responsum sit.*

Quia hic Magister saltem modera-
 tior est, mereretur quidem infor-
 mationem, sed quia fundamentum mei
 libelli declinavit, & plurima, eaque ubi
 vis hæret, pertransiit, atq; consequentias
 potius quam fundamenta attigit, hinc ex
 iis, quæ D. Arnoldi repono, sunt enim
 ferè omnia communia cum illo, atque
 quæ in freno erroris afferuntur, clarius
 discet, quæ ignorat. Nam quid sit pec-
 catum actuale habituale perdurans p. 18.
 ignorat, existimans hominem extrinsece
 dici peccatorem, qui error tantus est, ut
 meritò dici possit, ignorare scripturas, &
 virtutem earum. Videat cap. 2. 3. freni
 erroris: quod fides justificans pœniten-
 tiam præcedat, negat pag. 16. cum nemo
 pœnitere possit qui revelatis fidem non
 habeat,

habeat, & in misericordia Dei non speret, quæ illi sunt objecta materialia fidei justificantis pag. 15. quin imo? pag. 16. queritur, nos malitiosè misericordiam Dei & Christum mediatorem tanquam diversa objecta inter se opponere: Ex quibus, ejus confessatis, sequitur, omnem pœnitentem prius illa credere, & sic pœnitentiâ non egere. Sed hæc ex cap. 4. contra D. Arnoldum fient ei clariora, & discet cautius scribere, ac fecit pag. 51. dum ex Maria Magdalena putat nos Messiam facturos, quia gratiam amandi, pœnitendi, dolendi &c. ei infusam dicimus, similiter bonum erit intelligere ab ipso, cur pag. 34. Calvinistarum declarationem repudiet, & suam absolutionem velit esse efficacem Spiritus S. organum? unde hoc habet? unde illis præ Calvinianis major auctoritas? si posset salva fide fieri, libentius Calvinianis in hoc assentirer, quam tuis, quia hi præ vobis in illa luce filii prudentiores. En quæ non sit hæc laus? Videat cap. 6. contra D. Arnoldi, & respondeat, in quo subjecto ab anno 1417. illud fuerit,

46 *Cap. VII. Mag. Schwarzenau*
rit, & dolebit quod p. 36. in Pontificem
& Episcopos, à Spiritus S. positos regere
Ecclesiam Dei, tam fuerit injurius, impru-
denter dicens p. 37. toti Ecclesiæ compe-
tere jus dandi potestatem absolvendi,
quod in præcedente cap. 6. refutatum ha-
bet, nam, etsi competat passivè toti Eccle-
siæ, id est omnibus membris, non tamen
activè omnibus, quia ipse Christus Do-
minus non dedit singulis hanc potestatem
&c. Intolerabile autem est, quod pag. 54.
dicat, peccatum tectum ita coram Deo
esse, tanquam si nunquam fuisset, cum et-
jam supposita justitia imputativa maneat
ipsum esse peccati, ut ostendi cap. 4. con-
tra D. Arnoldi, scilicet ipsa macula, quæ
peccatoribus tota vita adhæret. Et quia
similia plurima habet, frustraneus meus e-
rit labor hæc refutare. Contra prius in-
struendum, atque his ex causis tacui.

Ut autem benevolus Lector videat quod
hic Magister aciem & fundamentales dif-
ficultates subterfugerit, conferat ejus &
meū libellos ex ordine, præsertim sequen-
tia: p. 94. omisit sect. 3. §. 1. assert. 1. & 2.
ubi

ubi vis est. p. 95. omisit assert. 4. & 5. pag. 98. omisit assert. 7. ubi vis est. p. 99. nihil respondet. p. 112. omisit assert. 7. p. 114. 9. & 10. pag. 163. omittit prima principia per decem assertiones à me posita à p. mea 182. usque 203. p. 177. omittit quinque assertiones &c. p. 185. omittit omnia à p. 247. usque 296. dein pag. 190. omittit omnia quæ dicta sunt p. 298. usque 329.

Et quoniam p. 94. dicit, si potestas autoritativa ita annullare possit peccatum, quod amplius non existat, ergo hominem fieri spiritualem, hinc refutatione nulla, sed compassione dignus est, legat cap. 10. ad Hebræ. v. 1. & 2. ubi videbit quid S. Paulus veteri testamento neget, & novo tribuat, de modo autem quo in novo testamento perfecti fiamus, ac cultores veri mundentur, videbit in freno erroris toto. Dein discat magnam illam differentiã quæ est inter hæc duo, hoc & illud peccatum per hanc & illam veram pœnitentiam tolli & annullari potest. Ergo homo talis in simile aut alia non potest relabi. Prius fieri posse docemus, & secundũ accidere experimur.

Itaque

Itaque discat quid sit: qui bene distinguit,
bene docet. Nam peccatum remitti &
annullari, non est, non posse relabi. Præterea
non impingat mihi ut facit pag. III. me à
Sacramento pœnitentiæ fidem excludere.
Et pag. 187. nos peccatores ad Christum
per fidem non mittere: hæc enim falsa sunt,
ideoque consultum minus duxi, hæc &
similia refutare, quia nimis crassa sunt.
Legat libellum meum editum, & fidem
me requirere ad omnem pœnitentiam,
& omnem pœnitentem ad Christum à no-
bis mitti, inveniet, vel accedat, & mon-
strabitur ad oculum; cautius Domine Ma-
gister scribendum! nisi rideri velis. De
cætero si fundamentalius egerit, ei
respondebitur, ut decebit. In-
terim benevaleat. Hac

10. Maji 1677.



DIS-

DISCURSUS UNICUS,

De

Freno erroris.

Hoc est:

De Justitia imputativa Reforma-
torum.

CAPUT PRIMUM.

*An, & quàm necessaria sit, ut
unica hac quæstio solidè & Christianè
discutiatur: An justitia imputativa
Reformatorum vera, an falsa sit,
juxta nunc revelatum Ev-
angelium?*

EX quo advertarii nostri, & præcipue
illi, qui justitiam hominis planè, at-
que ideo, volunt homini esse extrinse-
cam, quia scriptum est, *ipse factus est no-
bis justitia nostra.* I. Cor. 1. v. 30. existi-
man-

DIS-

mantes, illam Dei sententiam, quam Deus
 ob merita Christi de illis, qui vitam con-
 secuturi sunt æternam, forensi more pro-
 nunciat, non posse intrinsecam esse justi-
 tiam, quia est actus solius Dei, qui soli
 DEO inest. Merita Christi etiam plane
 sint nobis extrinseca, hinc justitiam in
 sola imputatione meritorum Christi con-
 stituunt, atque ex parte hominis nihil
 intrare posse rationem nostræ justitiæ,
 quod aliquam rationem nobis intrinse-
 cam habeat, asseverant. Contra autem
 omnes omnino Catholici unanimiter
 tenent, talem imputativam justitiam nul-
 lam esse, nec eam dari posse, sed ratio-
 nem formalem nostræ justitiæ esse habi-
 tum infusum fidei, spei, & charitatis, qui
 utique gratiæ Dei inhærenti nobis con-
 junctus est, & Concil. Trident. sess. 6.
 c. 7. sic explicat. *Vnde in ipsa justifica-
 tione cum remissione peccatorum hæc o-
 mnia simul infusa accipit homo per Je-
 sum Christum, cui inseritur, fidem spem
 & charitatem.* Unde infinitus quasi nu-
 merus quæstionum ab utraque hac quæ-
 stione

stione dependet, ita ut adversarii plerasque assertiones Catholicas consequenter negare; assertiones vero acatholicorum Catholici per constantes quoque negationes elidere cogantur: prout in individuo per omnes controversos fidei articulos proxime fufius & clare demonstrabo, nunc tantum breviter præmitto, quod si justitia hæc imputativa daretur Reformatos consequenter omnem efficaciam & operationem ex opere operato in sacramentis omnibus, purgatorium, indulgentias, pro defunctis suffragia, & ultra ducentos articulos alios negare, ut videbimus ibi. Quibus omnibus una hac quæstione, an detur justitia imputativa? bene ac solide refutata, omnes illi simul corruent articuli, ut proinde omnibus merito de hac solide disputandum prius sit quæstione.

Itaque quæstio primaria, atque ante omnes alias quæstiones hoc sæculo nostro excutienda, hæc est; *An acatholicorum imputata justitia fundamentum solidum habeat?* si enim habeat, Ca-

quam Deus
itam con-
more pro-
esse justi-
i, qui soli
iam plane
stitionem in
hristi con-
minis nihil
e justitiæ,
s intrinse-
tra autem
unanimitè
itiam nul-
sed ratio-
e esse habi-
aritatis, qui
nobis con-
ent. sess. 6.
de justifica-
um hæc o-
mo per le-
fidem spem
s quasi nu-
e hac quæ-
stione

tholici ea injuste asserunt, quæ contra eam docent. Si non habeat, injuste & cum detrimento propriæ salutis, adversarii hanc doctrinam pro aris & focis defendunt.

Ad examinandam vero hanc imputativam justitiam in hac nostra via (salvis tamen gravissimorum Doctorum doctrinis) nullo utemur alio fundamento, quàm ipsa natura nostrorum peccatorum, à quibus justificandi sumus, peccata enim sunt ipsa ratio formalis nostræ injustitiæ, quæ injustitia licet per vocem *peccatum* satis declaretur, attamen ex S. Paulo eam libet paulo accuratius describere. Unde S. Paulo teste in eo versatur injustitia peccatoris, quod, quia non solum per Christum Dominum *participes facti sumus Christi* Hebræ. 3. v. 12. verum quia & *Christus in nobis tanquam filius in domo sua manere desiderat.* Hebræ. 3. v. 6. & *sit in nobis initium substantiæ ejus* v. 14. quod nos his omnibus non obstantibus, ac quasi pro nihilotalia Dei beneficia habentes, fallacia peccato-

catorum nostrorum obdurati, quoties
peccamus, *initium* substantiæ ejus è no-
bis eliminamus, & Christum Dominum
Filium Dei è domo sua ejicimus, & sic
à Deo vivo discedimus, ac cor malum
incredulitatis acquirimus. Quæ omnia
coram Deo gravis est injustitia nostra, ut
qui à Deo conditi & redempti, peccando
longe facti sumus ab eo: Imò, quia
Christus nos à morte peccatorum eri-
puit, nos rursus eundem ostentui ha-
bemus. Et licet adversarii existiment se
participes Christi semel effectos, tam pa-
rum ob peccata sua damnari posse, quam
ipse Christus in cœlis; vel se peccatis suis
Christum Dominum è sua domo, quæ
nos sumus, finaliter non expellere, aut
peccando se à Deo ita non recedere, ut
nisi ad Deum rursus accesserimus, & par-
ticipes Christi rursus fiamus, aut Chri-
stum in domum suam, id est in nos non
recipiamus, & sic *initium* substantiæ ejus
in nobis usque in finem non permanse-
rit, nihilominus vitam sperare, quin cer-
tò & infallibiliter se regnum Dei conse-

e contra
injuste &
, adver-
& fociis
imputa-
ia (salvis
m doctri-
lamento,
peccato-
nus, pec-
alis nostræ
per vocem
nen ex S.
ius descri-
o versatur
ia non so-
participes
v. 12. ve-
s tanquam
derat. He-
itium sub-
his omni-
pro nihilo
allacia pec-
cato-

cuturos credere audeant. Prout Calvin.
lib. 4. Justi. c. 17. §. 2. asserit his verbis:

„ Hinc sequitur, ut nobis secure spondere
 „ audeamus, vitam aeternam nostram
 „ esse, cujus ipse est haeres, nec regnum
 „ caelorum, quo jam ingressus est, posse
 „ magis nobis excidere, quam ipsi: rur-
 „ sum peccatis nostris non posse nos da-
 „ mnari, à quorum reatu nos absoluit,
 „ cum ea sibi imputari voluerit, ac si sua
 „ essent. Et Lutherus anno Domini 1521.
 Epist. 238. Tom. I. Lat. epistola ipso fe-
 sto B. Petri Apostoli ad Philippum, &
 per Philippum ad suos asseclas hæc ver-
 ba scribere neutiquam reformidavit. *Esto*
 „ peccator, & pecca fortiter, sed fortius
 „ fide, & gaude in Christo, qui victor
 „ est peccati, mortis & mundi: peccan-
 „ dum est, quamdiu hic sumus. Vita hæc
 „ non est habitatio justitiæ, sed expecta-
 „ mus ait Petrus, caelos novos & terram
 „ novam in quibus justitia habitat. Suf-
 „ ficit quod agnovimus per divitias gra-
 „ tiæ Dei Agnum, qui tollit peccatum
 „ mundi: ab hoc non avellet nos pecca-
 tum,

„tum, etiamsi millies, millies uno die
„fornicemur, aut occidamus, putas tam
„parvum esse pretium & redemptionem
„pro peccatis nostris factum, in tanto
„ac tali Agno? ora fortiter es enim for-
„tissimus peccator.

Unde in captivit. Babilon. tit. de sacra-
mentis Baptismi idem ait: *Vides quam*
dives sit homo Christianus, qui etiam
volens non potest perdere salutem suam,
quantiscunque peccatis, nisi nolit crede-
re, nulla enim peccata eum possunt da-
mnare, nisi sola incredulitas. Zanchius
de perseverantia c. ult. Tom. 7. ait: Ele-
cti semel, in gratiam recepti, ab ea post-
modum non excidunt. Bucerus apud
Eundem Zanchium nihil utilius, dicit,
quam prædicare, credentibus impossibile
esse, ut unquam gratia excidant. Item
Zanch. Tom. 7. Colum. 274. docet. Si
quis dicat, peccatorum remissionem se-
mel impetratam, per insequentes Lapsus
in Sanctis posse fieri irritam, is totum
evertit evangelii scopum.

Cum igitur ex S. Paulo discamus,

Calvin.
verbis:
bondere
nostram
regnum
, posse
si: rur-
nos da-
bsolvit,
ac si sua
ni 1521.
ipso fe-
um, &
æc ver-
vit. *Esto*
d fortius
ui victor
peccan-
Vita hæc
xspecta-
terram
at. Suf-
tias gra-
peccatum
os pecca-
tum,

quanta sit peccati fallacia: ex Calvino & Lutherò autem, quanta eorum fides! Et hæc fides ita ex sola illa imputativa fluat justitia, ut quisquis imputativam hanc semel credere statuerit dari justitiam, is necessariò sequentia & hoc modo statuere debeat. Si merita, passio, mors, vita, obedientia, & quidquid Christus egit, tam sint per imputationem hanc mihi propria, tanquam si ego ipsa omnia in propria præstitissem persona; ut quæst. 60. Catech. Heidelb. docet, & credi præcipit; simulque credere velim, imputationem hanc non tantum sine meis meritis, imo *sine mea etiam fide* ut causa, vel conditione à solo Deo per immutabilem Dei actum factam, hinc necessario Calvinus & Lutherus præmissa docere debuerunt, & Catechismus Heidelbergensis quæst. 56. statuere debuit, quod homo credens ob peccata sua nunquam in judicium veniat, quin imò Ursinus in hanc quæst. §. 6. dicere debuit, *quod illi tantum habeant remissionem peccatorum, qui credunt se eam habere;* & quæst.

53. om-

§3. omnino instillare coacti sunt, quod Spiritus Sanctus omnibus illis credentibus ita sit datus, ut unumquemque sic credentem per veram fidem Christi, & omnium ejus beneficiorum participem faciat, eum consoletur, & cum ipso in aeternum maneat.

Ex quibus omnibus, si vera essent, irrefragabiliter, fateor, sequitur; si homo reformatus credens Heidelbergensi Catechismo, non erret, sed habeat Spiritum Sanctum, & per illum verbum Dei, veram fidem, & participationem meritum, ac beneficiorum Christi, simulque imputativam hanc justitiam, ac suorum peccatorum oblivionem, in Spiritu Sancto, in vera fide credat, hunc nunquam, ex tali supposito fundamento, perituum, quia S. Paulus Hebræ. c. 3. hæc omnia promittit, & hanc tantummodo addit conditionem, *si initium substantiæ ejus in nobis usque in finem permanserit*; de qua permanentia cum quæst. 56. etiam statuunt se fide divina certos, sane certam & indubitatam quam habent, ut dicunt, fidem,

fidem, se infallibiliter vitam consecuturos æternam, nemo Reformatis ante eripiet, quam *fidem hanc de imputativa iustitia everterit*: ex ea enim hoc ordine fluunt omnia. Nam si Pater æternus pro libera sua voluntate suis, & solis electis merita Christi in hunc effectum imputaverit, quod omnia quæ Christus fecit sive agendo, sive patiando, sive obediendo, sive laborando &c. sic sint propria, ut sunt ipsius Christi, Christi vero opera, vita, obedientia, mors &c. nostris operibus, vita, obedientia morte &c. augeri ac meliorari nequeant, hinc debuit Deus talem imputationem verbo suo revelare, & ideo nullis debetur verbum, nisi quibus fides, nullis fides, nisi quibus sacramenta, nullis sacramenta, nisi quibus Deus vult, debentur. Qui ergo hanc fidem habent, falli non possunt, si verum sit prius, id est *justitiam imputativam talem à parte rei dari*.

Unde consequens est, quod nullus faciliore via Reformatos ab erroribus tantis revocare possit, quàm qui imputationem
hanc

hanc cum ipsis peccatis nostris formaliter pugnare, ideoque nec factam, imo de potentia Dei revelata, (Bellarm. lib. 2. c. 16. de justificatione dicit absoluta, utinam fufius tractasset) nec possibilem, multo minus ab ullo sano, prudenti, ac moderato viro amplius credi posse. Quâ propositione positâ, ruent, ut dixi, si non omnes, faltem pleræque controversiæ quæstiones, ergo ad rem, & sit

CAPUT II.

De natura peccati actualis, prout includit intellectum, voluntatem, & iudicium ejus, qui in corde statuit peccare.

NON aggrediar illam quæstionem, an gratia cum peccato consistere in eodem possit subjecto: nec quæram, an infusio gratiæ sit formalis ratio expulsionis peccati habitualis, ut moraliter perseverantis: similiter, nec naturam condonationis & remissionis peccati, & de-

mum non ipsum esse peccati in totâ suâ latitudine hoc loco explicabo. Sed **DI- CO** : *Quia ad omne actuale peccatum humano modo committendum, nunc & semper intellectus humanus, & voluntas humana essentialiter concurrunt, ideo & ob has solas duas causas imputativam illam justitiam non tantum non dari, sed, supposita hac hominum creatione, & præsentis S. Evangelii revelatione, de potentia Dei absoluta, eam impossibilem esse dico.*

Pro claritate assertionis hujus suppono, ad omne peccatum actuale requiri ut de corde hominis peccatum exeat, quia dicitur Eccl. 7. v. 5. *non te justifies coram Deo, quia ipse cognitor est cordis, ex quo exeunt furta, homicidia, teste Christo Domino Matth. 15. 19. &c. ita, quod si quis viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus sit eam in corde suo. Matth. 5. 28. quibus positus patet, peccatum in corde per intellectum concipi dicente S. Jacobo c. i. v. 14. unusquisque vero tentatur à concupiscen-*

scientia (quæ peccato hoc loco opponitur, quod bene notandum) *sua abstractus & illectus*, ut à Deo recedat: Jer. 2. v. 17. & S. Paulus Hebræ. 3. v. 12. ait: *Deinde concupiscentia cum conceperit*, scilicet per voluntatem, huic pravæ & perceptæ concupiscentiæ acquiescentem, *parit peccatum*, dum iudicat, sibi hîc & nunc peccandum, sive iudicium hoc in externum opus abeat, sive non, sufficit enim in corde partum hunc editum quasi in lucem. Unde & Eccles. 13. v. 30. legimus, *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia*. Et S. Paulus Act. 23. v. 1. gloriatur de se, quod *omni conscientia bonâ conversatus sit ante Deum*. Ex quibus patet, quod ad omne peccatum actuale intellectus & voluntas ita requiratur, quod his duobus exclusis nulla contrahi possit coram Deo puni- enda iniquitas, quod adeo verum est, quod Rom. 2. v. 15. S. Paulus dicat, futurum, ut in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, *cogitationes se defensuræ & accusaturæ sint*. Si ergo tamdiu &

usque in diem iudicii extremi nostræ cogitationes permansuræ, & iudicio subiiciendæ sint, quis negare poterit, eas & concurrere ad peccandum, & ad *permanendum* peccatum in anima hominis. Id quod Jerem. cap. 2. v. 19. confirmat, dicens: *arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te, scito & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum.*

De modo autem, quo intellectus in peccatum feratur, nec hoc loco pluribus disputabo, quia hic sufficit, quod homo peccans, dum peccat, scire debeat se peccare, iudicetque sibi bonum esse hoc, & non oppositum agere, aut potius agere, quàm ab actione hac desistere. Ut Jer. c. 2. v. 13. testatur, inquiens: *me Deum dereliquerunt, & foderunt sibi cisternas, quæ continere non valent aquas.*

Similiter, quomodo voluntas in peccatum feratur, an liberè, an voluntariè, an coactè, an prædeterminatione præcedente, vel non, nec illa nunc ad institutum meum faciunt, quia mihi hoc loco
ad

ad institutum meum finem obtinendum
sufficit probare, peccatum debere esse
volitum, dicente S. Augustino: tolle pec-
catum, & tolles infernum. Quæ omnia
elucidantur S. Pauli verbis supra citatis,
dum ait: *videte ne forte sit in aliquo ve-*
strum cor malum incredulitatis, disce-
dendi à Deo vivo, qui discessus dicitur
v. 10. *error cordis, dixit enim Deus, sem-*
per hi errant corde, qui error potius cor-
dis, & non operis est ideo, quia ex quo
in corde est, intellectu & voluntate per-
ficitur iudicium, à DEO per peccatum
discedendi.

His duobus sic positis, ut fide certis,
jam quæstio capitalis elucidanda est, quo-
modo ergo intellectus & voluntas ho-
minis peccans imputationem illam Re-
formatorum penitus enervet, quin im-
possibilem per Dei etiam potentiam fa-
ciat, quæ ex sequentibus patefcent.



CAPUT

CAPUT III.

Quomodo intellectus & voluntas hominis peccatoris actu contra Deum pugnans peccando, imputativam Reformatorum justitiam enervet.

PRO fundamento hujus quæstionis ponendus est status quæstionis genuinus, qui hic est. Ex quo omnis homo non obstantibus meritis Domini nostri JESU Christi, & morte ac satisfactione ejus non obstantibus, tam in nova lege quàm in veteri (*agnus enim ab origine mundi occisus est* Apoc. c. 13. v. 8.) per peccatum à Deo, fallacia peccati abductus, recedere, initium substantiæ Dei ante finem vitæ amittere, Christum è domo sua, quæ homo est, expellere, sicque se à Deo separare potest, & hæc omnia fiant per intellectum & voluntatem, id intelligendo & volendo per quod talia in homine, & circa hominis statum contingunt.

gunt, hinc jam quæritur, an Deus hæc omnia, scilicet intellectum, voluntatem, cor & iudicium electorum ita peccando recedere permittat à se, ut per illa, si talis homo in statu tali moreretur, nihilominus aeternum salvandus sit, idque vi imputationis meritorum Christi, an vero vi imputationis sic peccans reatum non contrahat, vel Deus ejus recessus non recordetur, vel non sit recessus tam verus recessus, atque est in reliquis peccatoribus, vel an ante finem vite suæ ei debeatur, & certo sit danda ad Deum conversio, & vera poenitentia, an autem indiscriminatim quisquis ita peccaverit, tam certo periturus sit, quàm certo scriptum est, qui talia agunt, regnum DEI non consequentur?

DICO I. Quisquis semel à Deo fallacia peccati inductus recedit, ille statim efficitur meritis Domini nostri Jesu Christi non obstantibus talis in oculis Dei, qualem seipsum fecit tum, quando peccavit: probatur ex illo Gen. 4. 7. nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim in foribus aderit peccatum?

volun-
contra
putati-
iam

æstionis
s genui-
s homo
ni nostri
fatione
ova lege
origine
. 8.) per
ti abdu-
e Dei an-
è domo
que se à
nia fiant
id intel-
ia in ho-
contin-
gunt,

tum? Anima qua peccaverit ipsa morietur. Ezech. 18. 20. & v. 24. si autem averterit se justus à justitia sua & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominaciones quas operari solet impius, nunquid vivet? in pravaricatione sua, qua pravaricatus est, & in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. v. 26. cum enim averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in injustitia quam operatus est morietur. Ubi notanda vox in injustitia, quam fecit, unde infero; ergo læpe manet usque in finem vitæ injustitia in esse injustitiæ, quæ commisso actu peccati contracta est; hæc autem erat cordis, intellectus, voluntatis à Deo averfio, separatio à Deo, ejectio filii Dei è domo sua, & sublatio inirii substantiæ Dei &c. Ubi D. Nicolai Arnoldi exceptio, quasi evangelica redemptione hæc sublata sint, nulla est, quia S. Paulus Rom. 2. v. 9. Evangelica per Christum reconciliatione jam posita, nihilominus ea quæ Ezechiel dixit, paucis confirmat, dicens: tribulatio & angustia

gustia in omnem animam operantis malum, & v. 12. addit: quicumque sine lege peccarunt, sine lege peribunt. Unde & Christus ait: omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Joan. 8. 34. & Rom. 6. v. 16. legimus: nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius, cui obeditis, sive peccatum ad mortem, sive obeditionis ad justitiam. Item ex illo Jacob. 1. v. 15. peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Et confirmatur, quia S. Paulus c. 3. v. 12. indefinitè ait, videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo vivo, quia in ira sua juravit, si introibunt in requiem suam. v. 11. unde patet, quod S. Paulus hic loquatur indefinitè de omni fratre Christiano, quantumcunque vero fideli, quia naturam peccati Deus respectu hujus aut illius hominis, tanquam personarum acceptor, non mutat, sed opus quod quisque operatus fuerit, Deus sic inspicit, ut per operantem positum est, dicente S. Paulo Galat. 6. v. 7. nolite errare, Deus

l.
a morie-
si autem
& fece-
s abomi-
is, nun-
ua, qua
uo, quod
. cum e-
sua, &
n eis: in
porietur.
quam fe-
et usque
justitiæ,
ontracta
ellectus,
o à Deo,
sublatio
D. Nico-
angelica
nulla est,
angelica
n posita,
ixit, pau-
o & an-
gustia

Deus non irridetur. v. 8. quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. v. 5. unusquisque (en! generalissimam regulæ explicationem) enim opus suum portabit. Quorum ratio est, quia intellectus & voluntas dum in peccatum consentiunt, iudicant à Deo recedendum, & Filium Dei è domo sua expellendum, initiumque substantiæ Dei non debere in homine, pro tempore illo quo peccat, permanere. Nec potest Deus talem intellectum & voluntatem iudicantem aliam æstimare, ac habere, atque à parte rei se ipsam fecit; & quia Deus in anima subdita peccato manere, nec ingressis spiritibus immundis posteriora prioribus pejora facientibus, Filius Dei in domo sua manere, corrupto atque eliminato initio substantiæ Dei, Deus initium suæ substantiæ in homine illud corumpente, adhuc incorruptum esse, cognoscere aut statuere nequaquam potest, sed intellectum, voluntatem & consequenter hominem, talem semper & tamdiu

diu habet, quamdiu talis manet. Ast si daretur illa imputativa justitia, Deus statuere deberet apud se, hominem sic in DEUM peccantem in eodem instanti quantum ex DEI voluntate est, imputationem illam faciente participem Christi, Filium Dei in ipso esse, initiumque substantiæ Dei, licet in hoc homine corruptum, adhuc illæsum esse, quia talia S. Paulus in vero justo & peccatis mortuo requirit Hebræ. c. 3. quæ, ut contradictoria, plane sunt iniqua, impia, & Dei verbo plane contraria, idque vel ex eo capite, quod Deus opus uniuscujusq; hominis tale judicet, ut in se ipso, & per hominem factum est, sive bonum, sive malum illud fuerit: merita enim Christi, de se hominis voluntatem, & per consequens Dei cognitionem, quam de homine habet, non mutant.

Quod sic declaro. Intellectus & voluntas sunt causæ peccatum in esse offensivo Deum producentes, & cum peccato omnia illa, quæ peccata consequuntur, causant (qui enim est causa causæ, etiam est

est

est causa causati) & sicut causa in esse causæ, tamdiu causat quamdiu causare vult & potest, ut patet v. g. in actu odii per multos annos durantis, in actu continuæ fornicationis &c. in actu erroris per 40. annos; Ita homo semel intelligens, volensque peccatum operari, censetur tamdiu illud operans, quam diu est id volens & intelligens, quod ante operatus est. Probatur terminis claris Prophetæ Isaia c. i. v. 16. sic loquentis: *lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, cessate agere perverse.* Dixerat autem v. 5. *manus vestrae sanguine plene sunt.* & v. 18. subjungit: *si fuerint peccata vestra ut coccinum, (nempe à parte rei, & in oculis meis) quasi nix dealbabuntur;* nempe id ipsum quod rubrum ego vidi, videbo album, si modo ab oculis meis vos auferatis malum cogitationum vestrarum. Ubi verba hæc, *cessate agere,* indicant Deum continuo offendi, non quod physicè pro omni momento peccarint, sed quod peccata semel posita sic
Deum

Deum offendant, tanquam si continuo & actu physico semper peccarent. Quæ gravis est peccatoris malitia, ac major calamitas, quam à peccatoribus, eheu! apprehenditur. Huc facit illud Act. cap. 8. v. 22. Ubi Simoni mago suadet S. Petrus, *ut pœnitentiam agat ab hac nequitia sua, & roget Deum, si forte remittatur ei hac cogitatio cordis sui.* Et omnibus S. Petrus inclamat Act. 3. v. 26. *convertat se unusquisq; à nequitia sua.* Et Act. 26. v. 20. *Jubentur ad Deum converti* & 1. Petr. 3. v. 11. *suadet S. Petrus, ut declinemus à malo, & pacem quam peccando turbavimus, inquireamus, facientes bonum.* Unde Psal. 50. v. 3. dicitur: *amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quæ de nullo subjecto, nisi corde, intellectu, & voluntate intelligi possunt, quia v. 11. addit: cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.* & v. 18. *sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Quæ omnia de nullo,

II.
usa in esse
iu causare
actu odii
actu con-
tu erroris
nel intelli-
erari, cen-
quam diu
od ante o-
claris Pro-
entis: la-
te malum
ulis meis,
autem v. 5.
sunt. &
ata vestra
rei, & in
habuntur;
ego vidi,
culis meis
onum ve-
ate agere,
endi, non
mento pec-
el posita sic
Deum

lo, nisi de subjecto, corde, intellectu & voluntate ut dictum, accipi possunt. Ex quibus locis sic assertio probatur. Nequitia, ut vidimus, ab intellectu, voluntate, pravoque iudicio cordis, ut suis causis, procedit, & in esse actus merè physici licet præterierit, quia tamen *cogitatio & nequitia manere dicitur* (ipsa vero obligatio satisfaciendi Deo, & remissionem petendi formaliter non sunt illa nequitia, nec illa cogitatio) in illis, qui vel nequitiam exercuerunt, vel cogitationes malas habuerunt, non potest nequitia in alio subjecto manere, quàm in intellectu depravato, perversâ voluntate, & corde indurato à Deo discedente. Et tamdiu hæc nequitia manebit, quamdiu voluntas, intellectus, iudicium & cor talia manserint, & Deus tales eos juxta vias suas reputat, quales se fecerunt, qui se rubros, rubros, qui se perversos, perversos &c. plura vide infra conclus. 3.

DICO 2. Quamdiu Deus intellectum & voluntatem, iudicium ac cor hominis videt & reperit à parte rei à se separatum,
non

non potest Deus judicare hunc hominem esse participem Christi, omniumque meritorum Christi, eaque isti pro isto instanti ita deberi, ac si ipse in propria persona illa præstitisset, ut vult Heidelberg. Catech. quæst. 60. nec potest judicare apud se, hunc hominem esse filii sui domum, aut initium substantiæ in illo esse. Probatum primò ex clarissimis verbis Rom. 2. v. 2. *scimus quoniam iudicium DEI est secundum veritatem in eos, qui talia agunt*: quod clarè, & ita imputativam justitiam evertit, ut quidquid D. Arnoldi hîc dicere quærit, nihil ad rem faciat, quia Paulus ait, in iudicio Dei esse veritatem Dei judicantis talia facta, ut factorum veritas, & veritas iudicii Dei objectiva eadem sit. Probatum secundo. Paulus Hebræ. c. 3. 7. *suadet, ut hodie si vocem DEI audierimus, non obduremus corda nostra, nec semper erremus, sicut illi quadraginta annis in deserto semper erraverunt corde, nec vias Dei cognoverunt, unde in ira sua juravit, si (hoc est v. 18. non) introibunt in requiem meam,*

D

scili-

scilicet quam diu iram DEI ignorant, quamdiu errant, quamdiu corda sua obduraverunt, licet per quadraginta annos tales maneant, quales facti sunt peccando, Deus tamen pro toto illo tempore non habebit, nec habere potest illos alios, quam quales se errando per ignorantiam viarum Dei, ac per cordis obdurationem fecerunt. Et ne de aliquibus hunc sermonem intelligendum dicamus, S. Paulus quærit, quibus Deus offensus fuerit v. 17. ac respondet: *nonne illis qui peccaverunt non credendo, quod capitale peccatum est: Et bene quidem, quia S. Petrus ait 2. Petr. c. 2. v. 4. si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari v. 5. & originali mundo non pepercit, sed octavum Noë iustitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens. v. 6. & civitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens eversione damnavit: exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens; sane omnis homo*

homo quàm diu in se, ac apud se, est impiè agens, à Deo in nullo iudicio alius haberi potest; Atqui homo semel peccans, & manens peccans, intellectum, voluntatem averfa habens, manet tamdiu talis, donec alius per gratiam ac ratam Deo conversionem ad Deum fiat, ut probatum supra; ergo Deus non potest hominem iudicare Christi participatorem, Christi domum, ac initium substantiæ habentem, quamdiu voluntas & intellectus ut peccantes manent: & manet tamdiu donec iusta pœnitentia redimant peccata, cæteroquin *secundum impœnitens cor thesaurizat sibi peccator iram in die iræ.* Rom. 2. v. 4. quæ hoc pacto confirmantur verbis S. Petri Epist. I. c. 2. v. 24. ubi ait: *Ut peccatis mortui iustitiæ vivamus,* quibus si addamus verba S. Pauli Hebræ. 9. 14. *sanguis eius emundat nos ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi.* Jam patet, quod homo per peccatum verè moriatur, & ipsa peccata sint opus mortuum, à quo, ut aliquo mortuo atque in ipso homine

III.

ignorant,
rda sua ob-
ginta annos
nt peccan-
lo tempore
illos alios,
gnorantiam
durationem
nunc sermo-
S. Paulus
s fuerit v. 17.
ui peccave-
pitale pecca-
uia S. Petrus
Deus Ange-
sed rudenti-
arum tradit-
m reservari.
pepercit, sed
nem custodi-
iorum indu-
omorum, &
redigens ever-
eorum qui
; sane omnis
homo

existente opere, ita hominem mundari oportet, ut DEO vivo servire possit, quod opere illo mortuo in homine existente facere non potest, quia sic serviret Deo ac diabolo. Mors ergo animæ, cum non sit nisi in corde, in intellectu, ac voluntate, patescit, quod Deus hominem mortuum sine ullo prævio actu hominis, per imputativā Justitiā vivum, multo minus justum dicere non possit, quia dicitur: *surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Eph. 5. v. 14.

DICO 3. Imputatio ergo Reformatorum, qua statuitur peccatis non obstantibus hominem electum in Christo ob *λύτρον* ejus, & non in se, justum esse, ideoque vel Deum oblivisci electorum peccata, (oblivione omnes actus pœnitentis præcedente, ut contra D. Arnoldi docet Hundius de justif. thes. 59.) aut eis illa ad culpam & pœnam non imputare, aut per *ἀφεσις* tollere, aut solam culpabilitatem ab hominibus talibus contrahi, stante hac revelatione divina, tam
Vete

Veteris quam Novi Testamenti, nequaquam credi potest. Probatur, *λύτρον* Christi respicit pœnam, non ipsam peccati essentiam, ideoque contra naturam peccati & lytri peccant, imputativam hanc qui docent justitiam, quia quaestio est de injustitia tollenda, non de pœna ob contractam injustitiam debita; Vide supra cap. 4. versu: Hinc forensi more &c. Dein, quod Deus non fecit, id non revelavit, quia principium verborum Dei veritas est; atqui Deum hoc fecisse nulla sacra scriptura, sed contrarium clamat, ergo nec illa Deus fecit. Nec sunt ut facta à Deo credenda. Probatur assertio 2. ex jam dictis: quod Deus rubra peccata in suis oculis rubra dicat, & habeat &c. Tertio probatur ex 2. Petr. c. I. v. 8. *Hæc enim si vobiscum adsint & superent, non vacuos, nec sine fructu nos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione.* Unde, à contrario, si absint, vacuos Christo, & nudos charitate, participatione ac initio substantiæ Dei in Domini nostri Jesu Christi cognitione constitu-

D 3

ent.

III.

m mundari
vire possit,
nomine exi-
sic serviret
animæ, cum
ectu, ac vo-
s hominem
actu homi-
vivum, mul-
possit, quia
& exurge à
ristus. Eph.

o Reforma-
tis non ob-
n in Christo
justum esse,
ci electorum
actus pœni-
a D. Arnoldi
hes. 59.) aut
n non impu-
ut solam cul-
talibus con-
e divina, tam
Vete-

ent. Ubi vox *Cognitio* rem totam explicat, quia cognitio Christi præsupponit in homine id esse, vel non esse, quod cognoscit, ita ut homo in cognitione Christi non sit alius, quam à parte rei in se est. Probatur quartò clarissime. S. Paulus ait de Christo Domino Hebræ. c. 9. v. 14. *quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi.* Cui loco si addamus Hebræ. c. 1. v. 3. *qui (Christus Dominus) purgationem peccatorum faciens sedet ad dextram majestatis in cœlis.* Jam quod asserui, patebit hoc pacto. Dicit S. Paulus sanguinem Christi conscientiam nostram *purgabit*, non vero *purgavit*, ab operibus mortuis, ut in homine adhuc existentibus. Et hoc Christum ad dexteram Dei sedentem in cœlis facere; unde infero primò. Ergo ante hanc Christi purgationem in cœlis faciendam peccata *vi imputationis* meritorum à Patre æterno in Christo *non sunt*

DUR-

purgata. Infero 2. ergo vi vitæ, passionis, ac mortis Christi nulla peccata sunt formaliter in ullo homine, aut in iudicio Dei deleta. Infero 3. ergo sunt in se, & adhuc delenda in cœlis post ascensionem Domini. Infero 4. Ergo in solo Christo & ejus meritis, ut lytro, nulla est nostra fide credenda, *formalis justitia.* Infero 5. ergo in cognitione Dei nullus homo est ob merita Christi alius, ac in se est. Infero 6. ergo homo manet talis, qualem se fecit peccando. Infero 7. ergo hoc quod hominis conscientiam maculat, quamdiu non fuerit purgatum per purgationem, quam Christus in cœlis facit, conscientia in Dei cognitione alia non est, quam ipsa dicat conscientia se esse; conscientia vero ex intellectu & voluntate, memoriaque rerum à se gestarum constituta non debet quomodolibet purgari, sed ab operibus mortuis præteritis, quæ sunt peccata, prout in ejus intellectu & voluntate ante peccatum concepta, genita & producta in conscientia restant, & adhuc sunt in rerum natura, Deumque

n expli-
ponit in
quod co-
ne Chri-
rei in se
. S. Pau-
ræ. c. 9.
risti qui
m obtu-
abit con-
mortuis
ni loco si
Christus
rum fa-
is in cœ-
oc pacto.
risti con-
non vero
ut in ho-
oc Chri-
n in cœ-
Ergo ante
cœlis faci-
s merito-
non sunt
dur-

actu adhuc offendunt, ac manent purganda à Christo Domino purgationem in cœlis faciente. Quæ omnia Hannibal Rosseti in commentariis ad Pymandrum Mercurium Trismegistum lib. 4. comment. 10. quæst. 9. c. 3. p. m. 131. sic declarat, cum ait: culpam peccatoris esse in voluntate peccatoris perpetuam, teste S. Gregorio, *cum inquit, iniqui semper vellent vivere, ut semper possent peccare.* Ad hæc, peccans mortaliter exponit se periculo semper in peccato mortali manendi, cum non possit sua sponte à culpa resurgere, nisi gratia Dei, qua reddit se indignum, adjutus fuerit & erectus. Non solum ergo reprobis in inferno pœnas dabit pro culpa sua temporali, sed etiam pro suæ obduratione voluntatis perpetua à summo & infinito bono. Unde anima in peccatis decedens ex hoc mundo perpetuo manet peccatrix. Unde pronum est, quod purgatione Christi exclusa quisquis peccator fuerit, periturus sit, quia semper talis peccans manet, sicut idolo-

idololatra manet tamdiu, donec Idolum fuerit abjectum. Hinc sequitur, intellectum ante omnia per fidem, voluntatem per charitatem, Deo operante, esse purganda, ita ut intellectus intelligat, se peccando hæc fecisse, scilicet *participationem Christi abiecit, Christum è domo sua eliminasse, ac initium substantia Dei in se non retinuisse, ideoq; extra charitatem Dei factum esse.* Cui intellectui dono fidei illuminato, si voluntas purgata igne Spiritus Sancti accesserit, novum ac mundum cor secundum Deum quaesierit, participationem Christi redesiderarit, domum suam Christo obtulerit, substantia Dei initium efflagitarit, jam intellectus non potest non videre, quàm fuerit peccando mortuus effectus, & voluntas non potest non ab his sordibus purgationem petere, quia conscientiam suam scit læsam, scit fædatam, scit maculatam, ergo Deum peccatorum suorum oblitum, aut ea non comparere coram Deo, aut per *ἀφεσιν* ablata, aut solam culpabilitatē contraxisse, & per consequens imputativā Re-

formatorum dari iustitiam prudenter nemo credere potest. Vide plura in iudicio pœnitentialem ante iudicium finale à pag. 46. usque 71.

CAPUT IV.

Quomodo Deus per absolutam suam potentiam in via revelati sancti Evangelii ob intellectum, voluntatem, ac conscientiam hominis in peccatis perdurantis nulli possit merita Christi Domini ita imputare, ut homo hanc imputationem sola fide, ut illi volunt, divina credens, certus sit se salvandum?

MOnendum est primò, non omnem actum, quem homines dicunt fidem, esse fidem, multo minus omnem, quam dicunt se habere fidem, à parte rei, & in se fidem esse *divinam*, licet homo eam *divinam* dicat. 2. Nec rem aliquam de

de divinis à me creditam facere hoc ipso
fidem divinam, quia quod de rebus di-
vinis creditur, sæpe est falsum, ut in Ario,
Nestorio patet. Ideoque si divina fide
imputativa justitia credi non possit, ut
jam ostensum, *frustra eam credentes di-
vinam suam dicent fidem.* Quæ ut cla-
rius intelligantur, etiam de potentia Dei
absoluta probabo eam impossibilem esse,
quare

Non frustra de potentia Dei absoluta
revelata, & hoc loco quærendum est, quia
dicunt fors quipiam, se fateri quidem in
via ordinaria, ac via justitiæ, sive politico
loquendi modo, Deum id non posse, sed
in via misericordiæ (*miser cordia enim
Dei super omnia opera ejus*) non esse li-
gandas manus, ut qui tam pretiosa morte
filii sui nos redemit, ut quid non omnia
nobis cum illo dedit. Siquidem Luthe-
rus supra, merita Christi maxima non
modo dicit, sed ad millena uno die com-
mittenda peccata, tollenda apta pro-
nunciat; quod quidem certo sensu, si
quis nimirum veram ageret semper pœ-

nitentiam , non tamen Lutheri , verum est.

Verum Illustrissimum Cardinalem Bellarminum in hoc passu sequi nequam piget : is enim lib. 2. de just. c. 10. „ vers. porro &c. sic ait: porro averſio sive „ declinatio à Deo & à lege , quæ maxime „ propriè peccatum habituale est , priva- „ tivè opponitur conversioni ad Deum , „ & conformitati ad legem , proinde non „ potest tolli , etiam de potentia Dei ab- „ soluta , sine ipsa conversione , & con- „ formitate. Quæ assertio uti materiali- „ ter verissima est , ita à me in via S. Evan- „ gelii tantò facilius probabitur. Cum ita- „ que ex jam dictis pateat , Deum in sua „ cognitione habere virtutibus nudum , nu- „ dum , vestitum bonis operibus , vestitum , „ peccatorem rubrum , peccatorem ru- „ brum , & conscientiam hominis à Deo „ per Christum Dominum adhuc purgan- „ dam ab operibus mortuis , S. Paulus cla- „ met , idque in cœlis primum futurum , „ quin cum Psalmista petat , deleri sua pec- „ cata , se lavari , ac mundari à peccatis , &

non

Deus non potest hanc imput. facere. 85
non simpliciter aliquam petat extrinsecam
lotionem, hinc patefceret quidem respon-
sio negativa, sed majoris claritatis gratia
ex Calvino lib. 3. inst. c. 3. §. 11. distinguen-
dum est inter reatum & materiam peccati.
Reatum dicit in Electis ita tolli, ut in illis
non regnet, licet habitet, ut per eam ha-
bitationem humiliemur, unde & materia
peccati in electis semper manet. Verum
materiam peccati dicimus, id quod dis-
conveniens est rectæ rationi, non vero
concupiscentias nostras, quia hæ in & per
se nec materia, nec forma, sed effectus
peccati originalis sunt, durantque in no-
bis sine peccati formalis ratione, idque
ex Dei misericordia, & ita Calvinus si sen-
tiret, bene sentiret, quia hi motus per se
nec sunt in corde, nec in intellectu, nec
in voluntate, ut hominibus grati: si enim
grati essent, non essent pure actus natu-
rales sine nobis, quos tamen ponimus &
bene illos motus in se esse. Ast, formalis
ratio peccati actualis est ipsa disconveni-
entia cum recta ratione à Deo prohibita,
ab homine volita; De hac disconvenientia,
ut ab homine commissa, & in ejus vo-

luntate, intellectu ac corde, ideoque in Dei oculis adhuc hærente, quæstio est, an Deus hac in rerum natura ita adhuc existente, ut purganda, ab homine producta, aut causata est, disconvenientia, iustitia imputativa in Deo dari possit?

DICO: De potentia Dei absoluta revelata non potest Deus per imputationem à Reformatis hætenus assertam, homini peccatum actuale committenti, dum, & quamdiu in intellectu, voluntate ac corde humano existens talis manet, qualis per peccatum factus est, merita Christi ita imputare, *ut per eam imputationem peccatum existens, fiat non existens, & homo certo & infallibiliter reddatur particeps Christi, fidem divinam, Spiritum Sanctum, & vitam æternam certo acquirat, & in Christo coram Deo sic iustus sit, & heres vitæ æternæ, si modo hæc viva fide credat; prout Calvinus lib. 3. institut. c. 2. § 15. asserit, non esse rectam fidem, ni cum tranquillis animis audemus nos in conspectum Dei sistere, ut Catechis. Heidelb. quæst. 56. 57. 59. credendum statuit.*

statuit. Probatur primo verbis claris ipsius Calvini lib. 2. c. 16. §. 3. ubi sic ait:
„ Deus, qui summa justitia est, iniquitatem, quam in omnibus nobis conspicit, amare non potest; habemus ergo in nobis, quod Dei odio dignum est. Proinde inde secundum corruptæ nostræ naturæ, ac deinde accedentis pravæ vitæ respectum in offensione Dei revera sumus omnes in ejus conspectu rei, & ad Gehennæ damnationem nati: & post octo lineas ait: quam diu peccatores manemus, suscipere nos tales non potest. Qua confessione posita, jam probanda est assertio, quod tales, & quamdiu tales manentes non possit nos Deus justos facere imputativè in Christo; quare probatur 2. Quæ involvunt contradictionem formalem, illa Deus simul per absolutam suam potentiam facere non potest, ut vel ipse Svviccus Socinianus in suo compelle intrare, pro fundamento ponit, & bene, quia fundatur in illo *quidquid est vel non est*; atqui in hoc S. Pauli dicto, *in verbo meo non est ita, & non*. Atqui contradic-
tio

roque in
stio est,
dhuc ex-
produ-
ntia, ju-
it?
oluta re-
ationem
homini
dum,
ntate ac
et, qua-
Christi
ationem
tens, &
tur par-
Spiritu
to acqui-
ustus sit,
hæc viva
instituit.
m fidem,
emus nos
Catechis.
edendum
statuit.

ctio esset in Deo admittenda, si hæc imputativa justitia vera esset: ergo. Minor ut probetur supponendum est, quod adversarii dicant cum Calv. cit. modo loco.

„ Itaque ut sublatâ omnis simultatis ma-
 „ teriâ nos sibi prorsus reconciliet, propo-
 „ sita in Christi morte expiatione, quid-
 „ quid in nobis mali est, abolet, ut justi
 „ in ejus conspectu & sancti appareamus,
 „ qui antea immundi eramus ac impuri.
 „ Ubi addit. Sed quia in nobis, donec sua
 „ morte succurrit Christus, manet iniqui-
 „ tas, quæ Dei indignationem meretur,
 „ & est coram eo maledicta & damnata,
 „ non ante plenam habemus firmamque
 „ cum Deo conjunctionem, quam ubi
 „ Christus nos conjungit. Quam conjun-
 „ ctionem ut factam fide opus ut credam,
 cum imputatio hæc à Deo fiat me passive
 habente; quâ suppositâ Calvinii confes-
 sione Deus necessario de uno & eodem
 sub eodem contradictoria judicare debet.
 Quia Calvinus peccata nostra, eorumque
 malitiam satis exaggerat, & tamen sine ullâ
 peccatoris mutatione, aut voluntatis, cor-
 dis

dis ac intellectûs correctione, vult peccatorem ablutum, justum, & sanctum esse. Vereor sane, ne S. Paulus Calvino resistat, sic scribens ad Hebræ. c. 6. v. 4. *Impossibile esse eos, qui semel sunt illuminati* (Reformati vero quoad unum omnes, vel eorum nullus illuminatus est) &c. & prolapsi sunt. *Renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Ubi vox *renovari* satis declarat, sine renovatione non dari pœnitentiam, & sine pœnitentia non dari vitam æternam; ergo nec datur justitia imputativa talis, respectu hominis se passive tantum habentis; quia hîc S. Paulus *renovationem* ad pœnitentiam requirit: Pro qua re notandum, quod imputatio hæc spectari possit dupliciter, primò, prout nondum creditur ab homine, sed quatenus in arcano Dei consilio facta ponitur. Secundò quatenus ea à credentibus facta, & vera tenetur. Quantum ad imputationem ut à Deo solo factam, illa contradictionem involvit, quia Deus in illo suo concilio
dicere

dicere deberet : *non obstante morte filii mei & Agni ab origine mundi occisi nullum peccatorem manentem & volentem manere talem habebō heredem regni mei,* hoc enim post mortem Christi prævisam revelavit Genes. 4. 7. & Ezech. 18. *anima quæ peccaverit ipsa morietur: & post mortem Christi completam, idem enunciari nobis Evangelicè curavit : Nam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, & infinitis locis. Et simul dicere deberet; volo tamen aliquos existentes & volentes permanere peccatores tales, quales facti sunt peccando, sine ullis eorum præcedentibus actibus & se merito passivo habentes, justos & sanctos in meo conspectu, heredes facere vitæ æternæ. Sed nullum & aliquos velle salvare sunt contradictoria &c.*

Quantum ad secundum, rursus erunt contradictoria à credere cupientibus Reformatis credenda, quod sic ostendo; Quia omnis peccator tenetur credere, Deum nullum peccatorem velle heredem regni cœlestis, quamdiu peccator talis est, & vult

& vult talis manere ut modo ac sæpius probatum est, & ipse Calvinus modo citatus docet; Et dū vellet credere, se nihilominus per imputativam justitiam hæredem cœlestis regni esse, peccata sua abolita, se justum ac sanctum, sibi Spiritum Sanctum datum, se ad veram habendam fidem præordinatum, & ob peccata sua se non magis vitæ nunc æternæ excidere posse, quam ipsum filium Dei, sic Calvinus docente. l. 4. inst. c. 17. § 2. tenentur credere, Deum tamen aliquos peccatores, & volentes manere peccatores, velle salvos facere; Ergo tenentur contradictoria credere, qui credere volunt se peccatis suis maculatos passive se habentes in oculis Dei justos & salvos esse, & quicquid in illis mali per peccatum adhuc volitum ab initio fuit contractum, & nunc est, sine se, à solo Deo per merita Christi abolitum esse, ut modo Calvinum asserentem audivimus. Et hac de causa in judicio pœnitentiali p. 99. dictum, *quod omnis Calvinista teneatur credere peccatum suum verè existere in se peccatore, & non existere, & per consequens,*

morte filii
occisi nul-
volentem
regni mei,
prævisam
18. anima
post mor-
enunciari
m, qui ta-
consequen-
nul dicere
istentes &
ales, qua-
lis eorum
passive
neo conspe-
Sed nul-
nt contra-
sum erunt
ntibus Re-
ostendo;
ur credere,
e hæredem
tor talis est,
& vult

sequens, sperare vitam aeternam, & non sperare vitam aeternam. Quod dico de eadem entitate malitiæ peccati, ut producti, & adhuc existentis, non autem de reatu vel macula separatiim sumtis, ut D. Nicolaus Arnoldi mihi respondit pag. 222. Nam malitia, iniquitas, macula, reatus, & quidquid in peccato ab initio, quo peccator peccavit, fuit in intellectu & voluntate, id tam diu in iisdem manet, quam diu intellectus & voluntas ea manere volunt, & Deus non potest judicare voluntatem, volentem existere peccatum, non volentem existere suum peccatum, ut supra dixi, igitur bene intuli, & infero adhuc, quod contradictoria Reformatus (quem dicitus Arnoldi cit: loco tam temerè electum dicit) de peccato suo credere teneatur, ideoque vitam sperare debeat æternam, & eam non sperare, se damnandum & salvandum credere, quin? potius damnandum, quia illum peccasse verum, ipsum autem in Christo sic justum esse, falsum est. Vide plura cit. pag. & seqq.
 judicii

Deus non potest hanc imput. facere. 93

judicii pœnitentialis. Quæ omnia clarissima fient ex combinatione duorum S. Scripturæ locorum, quorum primus est. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus, Psal. 65. 18.* alter est Galat. 5. c. v. 1. *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Cum itaque, juxta jam probata, omnis peccator, qualis qualis ille sit, in suo intellectu & voluntate, ac corde, talis maneat, qualis peccando factus est, separatus scilicet à Deo, Hebræ. 3. 12. & c. hinc Psalmista bene dicit, *si iniquitatem aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus,* scilicet pro eo tempore, quo aspicio; aspicio autem quamdiu maneo peccator; & S. Paulus de uno unico peccato, illicito usu scilicet circumcisionis, generalissimè dicat: *Christus vobis nihil proderit,* quâ mente, contra Psalmistæ & Dei clara verba, *perdes omnes qui operantur iniquitatem Psal. 5. 7* *Christus vobis nihil proderit,* Reformati credere, ac dicere audent, vi imputationis ab electis ita omnia peccata abolita, atque

V.
non spe-
de eadem
ucti, & ad-
tu vel ma-
colaus Ar-
Nam ma-
, & quid-
o peccator
voluntate,
quam diu
ere volunt,
oluntatem,
non volen-
ut supra
ero adhuc,
tus (quem
temerè ele-
credere te-
e debeat æ-
e damnan-
uin? potius
asse verum,
ustum esse,
ag. & seqq.
judicii

atque ablata, ut nunquam perituri sint, & tot peccatis eorum non obstantibus, illi erunt in Christo sancti & justi? circumcitus vero contra Evangelii legem, nullam adeo in Christo habebit partem, quod nihil ipsi Christus profuturus sit, quin evacuatus sit, atque à gratia exciderit? fane inclamandum est illis illud Psalm. 56. vers. 1. *si vere utique justitiam loquimini, recta judicate filii hominum.* vers. 2. *etenim in corde iniquitates* (omnes vos Reformati) *operamini,* (nullum Dei præceptum servantes, ad omne malum inclinati &c.) *in terra injustitias manus vestrae concinnant, & vobis Christi passionem, merita ac obedientiam ita promittitis, tanquam si vestris facta essent manibus, & vos eadem in vestra persona præstitissetis.* Quæst. Heidelb. Catech. 60. fane multo minus Christus vobis proderit, quàm circumcissionem illicite suscipientibus; quin? infinita vos cum committatis peccata, cur vobis potius proderit Christus, quam illis, qui ob solum illicitum pro illo tempore

pore usum circumcissionis, audire debuerunt, *Christus vobis nihil proderit? Quare dico ex ore vestro, vel cessate agere perverse, & auferte malum cogitationum vestrarum*, vel scitote, quod Christus nihil vobis proderit. Unde in iudicio pœnitentiæ pag. 105. benè dicitur, *vel imposturam esse diaboli, vel gravem pœnam Dei, quod Reformatus hæc contradictoria equaliter à se credenda combinans non desperet.* Nam, si Deo sit impossibile, ut jam vidimus, duas contradictiones simul veras dicere, sane id Reformatis multò erit impossibilius; atqui, si non obstante hac imputatione sua, adhuc in Dei cognitione peccantium intellectus, voluntates, ac corda revera à Deo recedant & recedentes, ut supponimus, manent, & omnes vero prævaricatores, operantesque iniquitatem à Deo perdendi sint, & omnes illi peccantes sint semper, & manent semper tales peccantes, donec fiant alii, nunquam vero fiant alii, ut infra dicemus, ad hoc enim non tenentur, cum omnia aboleantur, & non imputentur

W.
turi sint,
stantibus,
asti? cir-
ii legem,
partem,
turus sit,
ratia exci-
illis illud
e justiti-
alii homi-
e iniqui-
) opera-
servantes,
) in terra
nant, &
rita ac o-
anquam si
vos eadem

Quæst.
ulto minus
circumci-
quin? infi-
ccata, cur
s, quam il-
o illo tem-
pore

96 *Discurs. Unic. Cap. IV. Deus non*
tur (quod tamen falsum jam ostendimus)
electis; hinc in dicto iudicio p. 105. satis-
fundatè dictum, *quod non sit Calvinista*
in mundo ruminans suam fidem, & in ea
sine, in citato libello, probata, & asser-
ta pœnitentia Romano more peragenda,
obstinatè moriens, qui proprio iudicio non
sit condemnatus; nam, quia talis Refor-
matus scit se peccatorem, & scit se ob non
correctum debitè & evangelicè cor, intel-
lectum, & voluntatem peccantem, talem
in cognitione Dei manere, ideoque ra-
tionem suæ villicationis ab eo à Christo
Domino in illo die petendam, *cogitatio-*
nibus se se accusantibus & defendentibus.
Hinc quia hanc de se suisque peccatis ad-
huc durantibus, atque ad ratiocinia ad-
ducendis, scientiam Deo & sibi negare
non possunt, nec ignorent, scriptum;
perdes omnes qui operantur iniquitatem:
Et Jobi c. 13. v. 23. *scelera mea & delicta*
ostende mihi; hinc, inquam, vel contra-
dictoria de se debent credere esse vera, in
quo peccabunt contra suum rationale ju-
dicium, vel proprio iudicio erunt con-
dem-

potest hanc imputationem facere. 97

demnati, sic inferendo: quicumque peccando à Deo recessit, & in eo recessu moritur, est damnatus, quia perdit omnes operantes iniquitatem, ego à Deo recessi, & redire ad Deum, vi mea fidei, & imputatione à me credita, nunquam teneor, quia imputationem ego non facio, & illa fit sine me, ac passive me habente, & facta est antequam eam credam, & per eam abluor ab omnibus iniquitatibus, nec facio me alium, ergo ego sum & ero eternum damnatus, passiva vero imputatio tantæ virtutis est, quantæ propria imaginatio, qua homo statuit credere, se hinc & nunc verè credere, quæ major est Reformatorem miseria, ac ab illis apprehenditur, & serò nimis in illo magno die intelligetur. Quæ condemnatio tantò eis erit gravior, quantò plures sibi credendos, sed revera falsos sumit quis articulos, & sic ex capite infidelitatis, & peccatorum bis reus peribit. Inter quos præcipuus ille est, Hominem Reformatum quidem posse peccare, non tamen finaliter periturum, eò quod imputativè sit justus, &

E

sine

sine pœnitentia eum nequaquam moriturum. Hæc vero doctrina licet æquivalenter in prædictis jam convulsa sit, attamen eam speciatim judico hic refutandam. Quare sit

CAPUT V.

An vi imputativæ justitiæ, si daretur, ulli debeat finalis pœnitentia, hoc est: an electus à Deo, incidens v. g. cum S. Davide in peccatum, certo certius sit pœnitentiam aeternam, & nullus omnino sine pœnitentia sit moriturus ideo, quia imputata est ei justitia Christi?

EX quo pœnitentiam adeo sciunt ad-
versarii necessariam, ut sine illa nul-
lus peccator vitam certò sperare possit æ-
ternam, ut omnes fere fatentur, hinc ut
suos electos (quales vel omnes Reformati
sunt, quod credendum minime est, vel
nullus

mittere, vel Deum mei peccati oblitum, vel non venire illud amplius in Dei cognitionem, & tam parum ob id me damnandum, atque ipsum Dei Filium, ut jam dictum & probatum ex Calvino; quibus datis, neutiquam concessis, ut veris possitis, non tantum nulla infallibiliter sequetur pœnitentia, sed nec ulla esse potest pœnitentia, sed peccator talis manebit, qualis peccando factus est, & tamen erit æternùm beatus. Prima pars probatur. Justitia imputativa nihil in peccatore connotat, imo ne quidem respectum ad fidem ex mente Reformatorum (ex mente autem Lutheranorum licet eam connotet, idem tamen sequetur, licet non eodem modo) sed est in se, ex sola patris æterni voluntate per Christi merita, nos sibi reconcilians, & quidquid in nobis vitiosi est abluentis, nos justos & sanctos judicantis, ergo nulla pœnitentia hominis attenditur, ergo vi hujus justitiæ imputativæ nulla sequetur pœnitentia, ergo nulla pœnitentia certò & infallibiliter sequetur, sed homo talis erit certissime beatus, moriatur quando vo-
let,

let, etiamsi millies uno die adulterasset & furatus esset, ut in initio ex Luthero audivimus: Imo, vi justitiæ imputativæ, non potest vera pœnitentia sequi, quæ est probatio secundæ partis assertæ. Quia justitia hæc, si nullam dicat ad fidem hominis relationem, multò minus dicet ad id, quod fidem sequitur, quæ pœnitentia est. Ad hæc? vera pœnitentia debet auferre ab oculis Dei malum cogitationum nostrarum, pœnitentia debet destruere id, quod per peccatum positum est in rerum natura, ut offensivum Dei. Sed per imputativam justitiam omnia peccata Reformatorum sunt quoad reatum non existentia, non apparentia, oblivioni tradita, & in judicium Dei amplius non veniunt, quæst. Heidel. Catech. 56. in fine. Ergo hæc per pœnitentiam auferri non possunt, sed solius Dei voluntati sic disponenti omnia relinquenda sunt, & peccator, peccator & sanctus erit. Pulchra cohabitatio in una anima!

Dico 2. Reformatus tamen electus (ut se esse credit) à Deo per peccatum recedens, Christum à se tanquam è domo

E 3

sua.

sua (supposito eum aliquando Domum filii Dei fuisse, quia ejus Baptismus non facit ex eorum mente eum Filium Dei) repellens, initium substantiæ Dei à se rejiciens, esset certò beatus, & tamen semper talis manebit, nempe à Deo divisus, vacuus à Christo, carens substantiâ Dei, quia imputativa justitia respectu sui peccati nihil in illo operatur, sed ipse mere passivè se habet, omniaque quæ ipsum justum in Christo faciunt, ad illum imputativè & extra ipsum spectant. Ergo non recipiet in se per imputativam justitiam initium Dei substantiæ, nec recipiet in domum suam Christum &c. Ratio, quia, justitiâ imputativâ non obstâte, manet talis, qualis factus est peccando, tunc autem à Christo alienatus, vacuus à substantia Dei, & carens participatione Christi factus est, ergo talis manet. Confirmatur. Qualis peccando in intellectu, & voluntate ac corde factus est, talis manet, quia sua pœnitentiâ nihil, ut probatum, eluit, aut eluere tenetur, ergo aspiciens & volens in corde suo omnis generis peccata, tam certò

certò erit hæres & filius æternæ gloriæ,
quam ipse Dei Filius. Confirmatur 2.
Christus Dominus ita dicitur, *vita no-*
stra abscondita in Deo Colof. 3. v. 3. ut &
nos cum ipso apparituri simus, utique id-
eo, quia nos domus Christi, & partici-
pes esse, nec non initium substantiæ ejus
in nobis habere possumus: quomodo er-
go peccatore semper volente manere in
morte, extra Christum, habebit sperare
pœnitentiam, si ad eam, ut probatum,
vi suæ imputatiuæ justitiæ non teneatur?
quare interrogo, annon hæc horrenda
auditu sint? sanè similia sunt, ac si quis
Christum peccatis suis crucifigens dicat,
sanguis ejus super nos & filios nostros,
aut cum Herode, sit cupiens videre, quin
ipso facto, Christum videret, oculis usur-
paret, nihil tamen ab illo utilitatis cape-
ret. Parcite, rogo vos omnes, fide ve-
stra, & desideriiis vestris, ab Herodis de-
sideriis non differtis, verum cum ludi-
brio Christi creditis, tanquam si is vestris
desideriis satisfaciendo solus pati, solus sa-
lutem vestram operari deberet, vobis,

peccatis vestris, atque inobedientiis vestris non obstantibus, scriptum est, *opera eorum sequuntur eos.*

DICO itaque 3. sive detur imputativa justitia, sive non, Reformati tamen tales in peccatis suis manentes, nunquam salvari possunt. Si enim non detur, jam planum est eos perituros, quia hæc est eorum una & sola via salutis. Contra clara verba; *qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Si detur, & tamen peccent, fiantque ac maneant semper tales, quales ex S. Paulo omnem peccatorem fieri, & dum peccator manet, manere ostendimus. Sequitur manifestè, vel omnem scripturam ab initio Geneseos usque ad ultimam lineam Apocalypseos esse falsam, ut ait Pater Nicolaus Romæus in digressionem de justificatione, §. 7. p. m. 556. Et ipse Zanchius in sumam. prælect. Tom. 7. Colum. 274. fatetur.. *Vel Reformatum ob sua peccata & carentiam veræ penitentia (quantumcunque daretur justitia imputativa) nihilominus æternum & tam certò periturum, quam Deus ait:*

per-

Ob imputationem non datur &c. 105
perdes omnes operantes malum, & nihil
coinquinatum intrabit in regnum celo-
rum: Et quia Deus vestigia pedum nostro-
rum considerat, & observat omnes semi-
tas nostras, redditurus unicuique prout
gesserit, sive bonum, sive malum, opera
enim eorum, qui moriuntur, sequuntur
eos. Sed quoniam hæc odiosè de se, sua-
que fide dici querulantur, ut D. N. Ar-
noldi exprobrat, p. 296. me Reforma-
tos bruta animantia existimare, ideo uni
objectioni, quæ tamen omnes objectio-
nes continebit, hoc loco satisfaciendum
existimo; quare sit

CAPUT VI.

*Satisfit uni generali, omnes alias
particulares equivalenter com-
plectenti, objectioni.*

A St dicent: vix casum esse possibi-
lem, in quo homo Reformatus, sin-
cerè timens Deum, si in peccatum inci-
dat,

E 5

dat,

dat, non statim remorsum sentiat conscientiaë, & de commisso suo actu non doleat, sicque voluntatem ac intellectum suum in corde à tali actu non avertat, erigat se fide, ac spe in Deum suum redemptorem, memor sui fœderis in baptismo initi, consoleturque se sua imputata iustitia.

Respondeo & dico 1. Casum talem esse possibilem experientia docet, cum subito infiniti extinguantur. Et si inclinationes nostræ pravæ, si & motus sint peccata, eaque omnia mortalia, cum venalia, prout mortalibus opponuntur, dari nequaquam credant, quomodo non est possibilis talis casus? ut inclinatione non una, sed fors centenis habitis, & non deletis, homo sine pœnitentia moriatur, de quo tamen Reformato sic mortuo, nemo audebit dubitare, quin electus fuerit, quia talem Reformatæ fidei fuisse ponimus, & hac ratione cum sint *omnes* vel *nulli* electi, habebunt omnes vel nulli *hanc iustitiam imputativam*; Et vel talis cum tot inclinationibus ac motibus ut peccatis

tis

tis subito moriens non peribit ob justitiam imputativam, vel omnes Reformati peribunt. Ratio est, quia si is moriens salvari poterit tot peccatis ut ponimus, involutus sine pœnitentia, ergo omnes possunt, quia quæ est ratio imputativæ justitiæ respectu unius, eadem est respectu omnium, sed ratio respectu unius, ut dictum, est, quod is ob talem justitiam in hoc casu non pereat: ergo est ratio eadem omnium: Ergo frustra dicetur casum non esse possibilem, in quo vel unus Reformatus cum centenis peccatis sine pœnitentia moriatur, & salvus tam certo fiat, ex Reformatorum mente, quam vel unus, vel omnes tam certo damnandi sint, quàm ille unus, quia omnium eadem est Ratio; Nec quærimus quid ex charitate sentire debeamus, sed quid practicè, & consequenter ad Reformantium principia credendum sit. Nam satis notum, quod in angustias redacti anguillarum instar reptent; sed Lazare veni foras, loquere quid in tali casu tua te fides, & fidei principia doceant: Estne talis damnatus, an-

at consci-
non do-
ellectum
ertat, eri-
n redem-
baptismo
utata ju-

talem esse
um subitò
linationes
peccata,
alia, pro-
ri nequa-
est possi-
non una,
on deletis,
r, de quo
nemo au-
erit, quia
onimus, &
nulli ele-
li hanc ju-
talis cum
ut pecca-
tis

non? damnatus? ad quid imputativa iustitia? si salvatus? ergo omnes cum tanta sarcina peccatorum salvabuntur. Sic, sic est; frenum ut equi totum, sic vestrae fidei error corpus circumagit, atq; in precipitium aeternae damnationis projicit. Nunc pergamus.

Hanc objectionem sumsi ex variis Reformatæ fidei auctoribus, Ursino in Catech. Heidelb. ad quaest. 7. ex Turretino, Hundio, Arnoldi &c. cum enim sciant, se adeo peccare, quod Ursinus §. 3. vers. per se pag. 65. dicat, *quod omnes inclinationes, motus & actiones contra legem Dei quatenus à nobis contra legem Dei sunt, per se, & suo genere sint peccata: in fine vero dicti §. vers. sic & iugens &c. fateatur in renatis saepe dari errores pugnantes contra conscientiam, & dona Spiritus sancti, & damnarentur, si in illis usque in finem perseverarent, & supra eodem hoc §. vers. peccatum remissibile &c. dicat, quod sine poenitentia nulla detur remissio, ideo poenitentiae vocem quidem satis urgent, ut in initio iudicii poenitentialis*

tialis ostensum, & fors multi erunt, qui de peccatis suis etiam deleant, voluntatem, intellectum, & cor ipsum ab actibus à se commissis avertant, ad Deum suspirent, Christum invocent, & multa præstent in speciem bona naturaliter. Sed non est nobis quæstio de aliquâ naturali, ethnica, aut gentili, & merè morali pœnitentiâ, sive intellectus, voluntatis ac cordis quali quali mutatione, hæc enim quasi à natura docemur, & gentes clim fecerunt, siquidem Tertuliano teste Ethnici non tantum se malè, sed quandoque se bene fecisse dolebant. Imo de Alexandro Magno referunt historiae, & Cicero, eum post occisum à se Clitum, familiarissimum suum, adeo doluisse, quod tribus diebus se inediâ maceravit, ac inediâ vitam sibi eripere, atque ad inferos Clitum sequi decreverit. Huic similis fuit Alcibiadis pœnitentiâ, qui à Socrate convictus, quod sapientia careret, cæpit flere, tristari, ac dolere, quod non esset qui deberet. Aristoteles quoque docet, pœnitentiâ carentem, si voluptatibus se dederit, incorrigibi-

itativa ju-
cum tanta
r. Sic,
sic vestra
tq; in præ-
projicit.

variis Re-
no in Ca-
Turretino,
im sciant,
§. 3. vers.
s inclina-
ra legem
gem Dei
ccata: in
gens & c.
rores pu-
& dona
si in illis
supra eo-
libile & c.
lla detur
quidem
pœniten-
tialis

rigibilem esse. Epictetus satis describit ipse pœnitentiæ actus certos ut delicta corrigantur. Et hæ pœnitentiæ naturales partim sunt, partim morales. Et tales Reformatis vix negavero, si eos, quos in concionibus facere consueverunt gestus, mores, oculos, facies, manuum plicationes, cantus, suspiria, gemitus, preces, lamentationes, maxime Ludirectorum, cum pro concione illis est, eheu! dicendum, &c. tantum considerem. Verum de similibus pœnitentiis, aversionibus, emendationibus &c. non est nobis quaestio, quia *nos loquimur de pœnitentia, quam Deus*, tantâ ab hominibus acceptâ injuria, tanto contemptu, tanto vilipendio, tanta inobedientia, ac ingratiſſimâ (filio præsertim suo jam passio) rebellione, ex parte hominis peccatoris præstandam pœnitentiam in via Novi Testamenti revelata *decrevit acceptare*; Et quâ positâ homo in oculis Dei judicetur verè in intellectu, voluntate ac corde suo ita ad Deum conversus, ita sanatus, quod Deus justam acceperit per eam satisfactionem, & honoris

noris læsi reparationem, ut non immeritò dixerim illud Christi: nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum, vide supra ad Theologos Reformantes. Unde *pœnitentia requisita à Christiano homine, non potest tantum modificari secundum aliquem humanum dolendi modum, sed prout Deus decrevit pœnitentiam predicari in omnes gentes, ut convertatur homo à tenebris ad lucem, & de potestate Satanae ad Deum, ac accipiant remissionem peccatorum & sortem inter Sanctos per fidem quæ est in Christo. Acto. 26. v. 18.*

Ubi monendum invenio, peccatores ad pœnitentiam vocandos adhuc sub Satanae potestate esse, ante pœnitentiam hanc prædicatam, actam & completam, siquidem nos imaginem Dei corrupisse, nos brutis nosmetipsos assimilasse, societatem cum Angelis interrumpisse, socios dæmonis nos fecisse, iisque nos subjecisse, hoc malorum adeo maximum est, ut hæc ad mentem Dei corrigere posse, ad Evangelicam

licam Philosophiam pertinere asseverem, cum præsertim insanus convincatur esse, si quis se peccasse negaret, & à mentis statu planè dejectus haberi possit, qui sine vera, Deo grata, & ideo à Deo præscripta, pœnitentia, se à peccatis suis absolvendum, vitamque consecuturum æternam certò crediderit.

Si ergo omnes inclinationes nostræ, omnes motus sint peccata mortalia, & post peccata homo debeat pœnitentiam agere, aut si eam neglexerit, aut omiserit, æternùm sit periturus, nec constet illis, quâ hora Dominus eos ab hac vita evocaturus sit, sane omni quasi momento ad veram Reformati tenebuntur pœnitentiam, vel sunt in continuo periculo damnationis, carentque illo securitatis, tam studiosè ab illis quæsito certitudinis fidei fulci- & delectamento, maxime si sine pœnitentia debita moriantur, & tot inclinationibus motibusque pravis sint circumdati, ut frustra de uno præcepto Ecclesiæ in Paschate confitendi querulentur.

His præmissis: Resp. 2. Qui non recon-
cilia-

ciliatur Deo per verbum reconciliationis, quod dedit Christus SS. Apostolis, & S. ejus Ecclesiæ, is in statu Evangelii revelati respectu offensus à se Dei, manet non reconciliatus, non reconciliatus, manet averfus, qui manet averfus, est semper talis, qualis factus est, dum se averteret. Atqui nullus Reformatus reconciliatur Deo reconciliationis verbo, Apostolis & S. Ecclesiæ in statu revelati Evangelii tradito: ergo: Major est fusè probata in judicio pœnitentiali, præsertim pag. 74. Et ad illa verba Christi Domini; ut autem sciatis &c. à pag. 127. adhæc est ipsius S. Pauli, & loquitur de distincta aliqua reconciliatione, ab illa quæ per Christum ejusque S. mortem facta, quia Christo in cœlis jam existente S. Paulus petit non ab uno, aut aliquibus tantum, sed omnibus peccatoribus pœnitentiam acturis, quod M. Schwarzenaw bene notet, hanc reconciliationem fieri; illa vero in sanguine & morte Christi facta, non pendeat ab aliquo hominis actu, & per consequens illa à S. Paulo non, sed alia

alia petebatur reconciliatio. Minor probatur 1. quia Reformatorum pœnitentia non differt à Judæorum, cum Judæi sic, ut Reformati (teste D. Arnoldi aliam in N. aliam in V. T. pœnitentiæ Legem negantis, p. 224) evangelice liberentur à peccatis. Nec pœnitentia Reformatorum de novo Deo reconciliamur, sed nos reconciliatos credentes ita certò credimus nos salvandos, quod una guttula fidei ad hoc sufficiat, ut nos certos & securos de obtinenda æterna vita reddat, Calvino sic lib. 3. c. 2. §. 19. insti. docente. Probatur secundò; ad verbum reconciliationis requiritur iudicium fieri, requiritur potestas dimittendi peccata, ut probatum in iudicio pœnitentia pag. 137. & seq. hæc non habent Reformati: ergo. Quare

R. 3. per Reformatorum pœnitentiam nihil tribuitur Deo, quod secundum revelatum Evangelium Deus in reconciliationem, in satisfactionem, in læsi honoris reparationem acceptet de factò, aut juxta sancti Evangelii revelationem ac promissionem acceptare teneatur. Quod probatur

batur 1. quia pœnitentia Reformatorem
plerumque fertur in nostram depravatam
naturam, tot inclinationibus pravis sub-
jectam & expositam, & minime hunc,
aut hunc, vel illum in individuo actum
à se commissum, ne dicam omnes & sin-
gulos peccatorum actus attingit: Et quia
eum non attingit, ideo eum in suo esse
relinquit, nec destruit, nec Deo satisfacit
pro peccato, sed dolet Deum hominem
ita labi passum, & potius injurius, quam
gratus est Deo. Probatur 2. pœnitentia
illa vel fit ante actum fidei à se elicitem,
vel post. Si fit ante, ergo est merè na-
turalis, quia fides omnium actionum Deo
placentium radix & fundamentum est,
& fit sine gratia Dei, quia gratia sine fide
nulla existit. Si fiat post actum fidei e-
licitum, ergo vel jam credidit per impu-
tationem à se creditam omnia sibi ablata
peccata, se ab iis ablutum, se justum &
sanctum (hæc enim una guttula fidei præ-
stare potest, ut ex Calvino modo audi-
vimus) esse, vel non credit. Si non cre-
dit, jam justitia ejus imputativa falsa est,
quia hæc est basis & fundamentum om-
nis

nis justitiæ reformatæ, ut certo credat se justum esse, quæst. 60. Heidelb. Catech. Et si quis de perseverantia finali dubitaret (quanto minus de remissione peccatorum dubitare audebit) vel si quem puderet, eam se certo habiturum fateri, hunc eo extremam ingratitude proderem magis divinam bonitatem maligne suppressendo, quam modestiam aut submissivam testaretur. Calvin. instit. lib. 3. c. 2. §. 40. in fine pag. m. 201. Et hæc si credat, quomodo dolebit Deum suum sibi adhuc offensum, quomodo dolebit se à Deo separatum, se participationem Christi, initium substantiæ Dei amisisse; verbo? quomodo Deo quæret satisfacere, honorem ejus læsum reparare? implicat hæc omnia. Quare

Resp. 4. Nec poterit confugere ad fœdus sui baptismi, quia vel credit illud ruptum suis peccatis, ut S. Paulus Hebræ. 3. v. 12. ruptum dicit, & Ezech. 18. v. 20. legimus, vel non credit; si credit illud ruptum suis peccatis, & tamen credit per Christum resarcitum, jam peccatis suis non est

est ruptum; si sua fide velit resarcire, jam rem credit non existentem, nempe fœdus suum ruptum non esse ruptum, quod tamen peccatis suis ruptum est, & sic contradictoria credit

Resp. 5. Ad suam imputativam justitiam non potest confugere, quia hac etiam concessa, tamen peccavit, & pluries peccare potest, peccabitque millionum vicibus suis inclinationibus & motibus pravis abductus, & in his peccatis si moriatur, peribit: ergo vi imputativæ justitiæ, *qua tali*, non est securus, se ob peccata sua non damnandum, ergo eâ solâ nunquam se solari poterit

Resp. 6. quidquid ergo de suis pœnitentiis clament, scribant, prædicent, loquantur, nihil illæ sunt, Deus nihil eorum recipere, nihil rati habere, nihil acceptare tenetur, quia pœnitentiæ eorum *nullam* habent *authoritatem* in terris Christi nomine concessam, sed manent in meris naturalibus ac vulgaribus verbis, doleo &c. & piget &c. ast pœnitentiam gratam, ratam à Deo factam ne verbulo docere

docere possunt, ut in iudicio citato & sparsim ibi sufficienterque est declaratum. Vide à pag. 107. usque 124.

Resp. 7. Nisi Reformati aliam egerint pœnitentiam ac hucusque egerunt, ob multitudinem suorum peccatorum peribunt, ut in quæst. prima præliminari iudicii pœnitentialis ostenditur fusius.

Resp. 8. Licet S. Paulus Actorum 26. v. 18. dicat, fide acquirendam remissionem peccatorum, id ipsi pœnitentiæ non obstat, sed pœnitentiæ modum ad vera fidei præcepta restringit ita, ut quæ ex fide S. Evangelii pœnitentia non est, illa nulla sit, cum fide prius pœnitentiæ agendæ veritas discenda, & apprehendenda, opere vero ipso deinde adimplenda. Demum

Resp. 9. Quod consolari se velint dulcissimo nomine passionis, meritis &c. Domini nostri, id tanquam opera pietatis (si tamen vera fides præcesserit) laudari quidem posset, non tamen actus illi, se solis, eò ascendere possunt, ut pœnitentiæ veræ & Evangelicæ nomen sortiri queant,

ant, prout ex jam jam dicendis fufius patebit, fi quidem non inconueniens eſſe arbitror, ſi naturam imputationis Evangelicæ, verè, ſed longe aliter, ac Reformati faciunt, explicem, quare ſit

CAPUT VII.

Quid per imputationem in Sacris litteris intelligi poſſit & debeat Catholicè?

R Everendiſſimi Domini de Walenburg, dum viverent amici mei, in lib. de unitate Eccleſiæ libr. 14. c. 6. n. 2. ex Bellarmino dicunt, etiam ipſos Proteſtantes docere, ideo Chriſti merita nobis imputari, *quia nobis donata ſunt, & quia ea tanquam nobis imputata, poſſumus offerre Deo Patri pro peccatis noſtris, cui iſdem meritis reconciliamur, poſtquam Chriſtus onus faciendi (puto legendum, ſatisfaciendi) pro nobis in ſe ſuſcepit, & citant Amefium lib. 6. c. 1. theſ. 19. Gerhar-*

hardum , Crocium , Confess. Helve-
 tic : posteriorem arti. 12. p. 38. & arti. 15.
 pag. 45. His si addamus ex Kemnitio in
 examine Concilii Tridentini parte II. p. m.
 141. quæ ex Patribus hac de re affert, sane
 commodissime omnia & Catholicè ex-
 plicantur & combinantur , quod sic o-
 stendo. Omnes omnino Romano-Ca-
 tholici firmissimè tenent, nullum dari hu-
 manum meritum solius naturæ viribus in-
 nixum, quod à Deo remunerationem su-
 pernaturalem expectare habeat. Sed
JESUM Christum Filium Dei credunt
 suum unum , & solum redemptorem , at-
 que in cœlis nunc advocatum , ac pro-
 pitiationem esse pro peccatis nostris , id-
 eoque Deum sic mundum dilexisse, ut Fi-
 lium suum unigenitum daret, & cum illo
 omnia, ita ut fide, spe & charitate in Chri-
 stum non modo quis ferri possit, verum
 quod omnia quæ Christi sunt, sive in a-
 nima, sive in corpore, sive in vita, sive in
 morte, sint nostra, & inter res nostras com-
 putentur. Hoc tamen & valde inter se
 differente discrimine , quod in Christo
 Do-

Domino sint ut propria, in nobis vero ut purè ex amore data. Unde quæstio sola hæc est. *An Pater æternus in sua voluntate constituerit, ob sola Christi Domini merita illum defectum, injustitiam, injuriam, illum contemptum Dei, quem homines peccando committunt, non quæstia hæc à parte rei, & sunt in se, estimare, an vero evangelicè purganda, aut pœna digna castigare decreverit?* Et quia jam satis ostensum ex præsentis S. Evangelii revelatione, quod Deus perdere velit omnem operantem iniquitatem. Et S. Paulus Rom. 2. v. 9. generatim dicat, *tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primùm & Græci: quæ adeo vera sunt, ut v. 12. dicat, quicumque sine lege (scilicet per Moysen data) peccarunt, (omnes licet peccatores sint prævaricatores Psalm. 118. 119.) sine lege peribunt.* Sive ergo adversarii legem Moysis statuunt adhuc implendam, sive non, semper sunt peccatores, & semper peribunt, quia sic peccant, sicut illi sine Lege peccarunt, ut alio loco fusius

F

expli-

explicari potest. Ut ergo sciamus quid imputatio meritorum Christi nobis verè, & secundum S. Christi Evangelium, conferat?

DICO I. non confert nobis justitiam formalem extrinsecam, per forensis sententiæ modum à Deo latam, & in Deo solo hærentem. Probatur I. ex dictis, quia justitia Dei, Deo inhærens, est judicium, quod fert de homine in peccatum vel lapsio, vel labente, & in peccato manente. Hoc Dei judicium non est, lapsum hunc non odisse, aut sibi non displicere eum, aut nolle exequi quod statuit contra omnem operantem iniquitatem, quia sic falsa essent omnia scripturæ loca, ut jam ostensum ex scripturis tam V. quam N. Testamenti, in quibus Deus peccata indistinctè puniendâ à se revelavit. Probatur 2. quia hoc judicium Dei, ut ponimus, fertur tantum in abolitionem pœnæ, ergo non in abolitionem injustitiæ nostræ, quia pœnæ à Deo infligendæ non faciunt peccatorem injustum, ergo nec abolitio pœnarum facit peccatorem justum, aut
justi-

justificat. Vide in præfatione ad Theologos Reformantes, in initio hujus libelli.

DICO 2. Nec vera imputatio, quam nos Catholici factam credimus, se solâ confert justitiam nobis inhærentem, quia id omnes adversarii negant, nec ullus Catholicus statuit, hominem *intrinsecè* justum esse *ex sola Dei voluntate*, ac Christi Domini meritis.

DICO 3. Vera imputatio confert homini ut credere possit, Christi merita DEO pro se oblata sibi per usum sanctorum Sacramentorum prodelle, si sanctis Sacramentis dignè utatur, sic verus pœnitens credere potest, suum dolorem à doloribus Christi, suas pœnas à pœnis Christi, suam humilitatem ab humilitate Christi, suas lacrymas, sua jejunia, suas afflictiones, à lacrymis, jejunis, afflictionibus Christi pondus tale accipere, ut per illum Deo Patri ut advocatum nostrum oblata, in conspectu Dei idonea appareant, sicque dici possit, *gemitibus inenarrabilibus spiritum pro nobis in cœlis interpellare*, Rom. 8. 26.

Maxime si nosmetipsos judicemus, tum

non judicandos, sed omne debitum nobis remittendum, unde & ulterius talis pœnitens ob merita Christi, sibi sic imputata, poterit sperare per illa æternam salutem. Et per charitatem circa illa infinitis modis versari, ac Deo Patri ea præsentare, & sic se per illa moraliter de æterna salute consequenda securum reddere poterit; & non incongrue merita Christi pecuniæ nobis datæ, mnx, aut datis talentis comparari possunt, ut cum, atque in illis, negotiemur. Quinimo? credere potest homo, quod peracta condigna pœnitentia, atque expletis explendis, sibi præterita peccata per se, non amplius impudentur, & sint coram Deo quasi nunquam fuissent. Dico condigna pœnitentia peracta, quia ante illam peccata retinent suum esse, quod à peccatore acceperunt, quod est, peccatorem per sua peccata à Deo dividi, & divisum manere. Isa. cap. 59. v. 2.

DICO 4. Charitatis autem affectus sunt varii, quibus Deo offerri possunt merita Christi. Alius enim offert illa Deo,

ut

ut fontem omnis boni ; alius ut radicem
omnium actionum bonarum : alius ut
medicinam spirituales : alius ut reme-
dium ; alius ut præservativum : alius ut
imitativum : alius ut compassivum ; alius
ut triumphativum ; alius ut placens Deo
Patri : alius ut ipsum filium glorificans :
alius ut dæmonibus tremendum : alius
ut consolativum : alius ut mortis amari-
tudinem leniens : alius ut suam solam fi-
duciam &c. & sic si SS. Patres, quos Kem-
nitiis cit : loco atque alii plerumque ci-
tare solent, accipiantur, præsertim verba
S. Anselmi, S. Hillarii, S. Augustini, S.
Ambrosii, Origenis, luculentissimè pa-
tet, quantus sit *thesaurus* merita Christi
humano generi data, est enim thesaurus,
unde omnia debita nostra solve, si mo-
do debitè id faciamus, possimus ; Hoc
unicum tamen cavendo, ne certo, infal-
libiliter & fide divina credendum statua-
mus, *me sine me ex Dei solius misericor-
dia, vel esse justum, vel nec minus dam-
nari posse ob hanc justitiam, atque ipsum
Christum* : hoc enim iniquum, impium

blasphemum, ac pestilentissimum est, in eo sensu, in quo Heidelb. Catech. illud credendum præcipit. Licet verissimum sit, neminem periturum, qui juxta veram revelationem divinam meritis Christi dignè usus fuerit, idque ob solam remissionem peccatorum, de qua jam aliquid breviter dicam.

CAPUT VIII.

An ergo, & quodnam, sit medium, ut per merita Christi peccata nostra verè tollantur, & sic à peccatis ante mortem nostram verè liberi, verè justificati, ac salvi fieri possimus.

QUOD si peccata nostra ejus essent naturæ, quod macula secundum illud Ovidii (pœna potest demi, culpa perennis erit) in hac vita deleri non posset, frustra operam hanc meam impenderem, id remonstraturus, per quod peccata nostra tam in nobis, quam in oculis Dei secundum esse maculæ & esse pœnæ ita tolli possint, ut fiant æstimatione Dei, & nostra,

stra, quasi non fuissent. Cum proinde hoc medium omni peccatori, vitam desideranti æternam, tam certo necessarium sit, quàm vera est hæc sententia: *nisi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis*, hinc utilius nihil fieri potest, quàm medium hoc, ut & ostendatur, & solidè probetur.

Quemadmodum ergo homo ob intellectum, voluntatem, & cor humanum ab initio sui peccati commissi pro omni momento, ut probatum est supra, manet peccans, & sic peccans à peccatis suis justificari non potest, quãdiu intellectus, cor & voluntas in se, & in Dei oculis manent peccantes, ita de modo quo homo in suis, & oculis Dei, fiant non peccantes, sola quaestio est, quod Domini Reformantes præprimis notent, & in fine Capituli repetemus: maximè cum apud Isa. c. 30. v. 18. legamus hæc verba: *expectat Dominus ut misereatur vestri*, indicans, quod sicut Judæi contra Dei voluntatem in Ægyptum abire cogitabant, ita Deus reditum eorum expectabat. Ita plane peccator in Ægyptum peccatorum postquam ab-

ait, Deus expectat, ut poenitentiam agat. Quæ pulcherrimo versu S. Roman: Ecclesia in illo hymno quadragesimali ad laudes, dicto ô sol salutis &c. exprimit, dum sic canit: *O sol salutis intime,*
ESU *refulge mentibus, dum nocte*
pulsâ gratior orbi dies renascitur, dans
tempus acceptabile, da lacryma-
rum rivulis lavare cordis victimam,
quam leta adurat charitas. Quo fon-
te manavit nefas, fluent perennes la-
crymæ, si virga poenitentiae cordis rigo-
rem conterat. Unde & in sanctissimo
Missæ sacrificio canit: Domine non se-
cundum peccata nostra facias nobis, ne-
que secundum iniquitates nostras quas
fecimus nos &c. sed adjuva nos Deus
salutaris noster, & propter gloriam no-
minis tui libera nos, & propitius esto
peccatis nostris. Ita ut intellectus in
noctæ peccatorum suorum à sole salutis
illuminatus intelligat iniquitatem quam
fecerat, secundum illud Jobi, c. 13. v. 23.
responde mihi, quantas habeo iniquitates
& peccata, & scelera mea & delicta o-
stende

stende mihi; quomodo? quoties? sicut
ovis erraverit? factus ut jumentum apud
Deum, & consumpta substantia sua, quæ
ipsi tanquam adolescentiori creaturæ
(paulo enim minus & posterior ab An-
gelis homo creatus est) à Deo data est,
in villa hujus mundi porcos suorum car-
nalianum affectuum peccando paverit, &
adhæserit affectuum illorum Domino dæ-
moni: dein in se reversus voluntatem
peccantem corrigat, avertatq; se à viis pes-
simis, cessando agere perversè, novam-
que Deo gratam, beneplacitam ac per-
fectam voluntatem concipiat redeundi ad
Patrem, dicendo: *peccavi coram te in cœ-
lis: & non sum dignus vocari filius tuus,
sed fac me sicut unum de mercenariis tuis,
& da mihi pecuniam tuam ut operer cum
illa, da mihi talenta tua, ut alia acqui-
ram, da mihi unam alteramve mniam, &
promitto tibi quod cordis rigorem con-
teram, fluentque perennes lacrymæ,
quia virgâ pœnitentiæ me ipsum percu-
tiam, & sanabo me, sperans me tui parti-
cipem, domumq; filii tui futurum, ac*

initium substantiæ Dei me recepturum, ac
conservaturum.

Et hæc præmissa uti sunt scitu maxime
necessaria ac generalia, sic adhuc magis
suppetunt specialia beneficia ab illo data,
qui à longe præmisso modo præparatum,
& venientem peccatorem recipit, accur-
ritq; illi, osculatur illum, & primam,
non optimam ut alii volunt, confert sto-
lam, lætus, quod qui perierat, inventus
sit, & qui mortuus fuerat in intellectu,
voluntate ac corde suo, nunc ab operibus
mortuis pœnitendo resurgens revixerit,
particeps Christi, & domus filii Dei fieri,
substantiæ Dei initium recipere, & sic
operari deinceps propriam salutem secun-
dum Dei mandatum, quærat à tali ho-
mine in terris, Christi nomine, à pecca-
tis absolvi autoritative, qui eam habet po-
testatem, quam dedit Christus homini-
bus Matt. 9. v. 8. de qua re vide iudicium
pœnitentiale à pag. 137.

Ut verò hanc praxin benevolus Lector
bene intelligat, placeat ei legere in citato
supra libello, iudicium pœnitentiale dicto
à pag.

à pag. 107. quomodo homo teneatur ad
reæstimationem Dei; ubi à pag. 108. o-
stensum, cur, & quod in nulla religione
talis reæstimatio Dei fieri possit quam S.
R. Religione. Dein à pag. 116. inveniet ea,
in quibus ea reæstimatio consistat, unde
à pag. 124. declaratur, quàm hæc reæsti-
matio sit pœnitentia perfecta.

Quæ omnia in dicto libro explicata,
& hic breviter commemorata eo tendunt,
ut de reæstimatione Dei, de cordis, intel-
lectus & voluntatis Deo grata correcti-
one homo peccator bene & evangelicè sit
informatus, ne homo humano tantum
modo dolens, seseq; corrigens fallacia
diaboli decipiatur, existimans se quavis
correctione errores suos sufficienti &
Deo grato modo corrigere, quovis do-
lore Deo satisfacere posse, identidem, sed
vanè, clamando, novam vitam esse o-
ptimam pœnitentiam: quia hæc duo di-
stincta sunt: pœnitentiam veram agere,
& novam vitam vivere: illud enim prius
facere, alterum vero nequaquam omitte-
re, utrumq; vero confundere minime,

oportet. Et ne homo naturali securitate securus excidat à vera securitate, quæ in vera pœnitentia consistit, nam per veram pœnitentiam hoc concedit inter alia Deus, ut homo Christianus faciens ea quæ docetur tanto securior vivere ac mori possit, quantò certius scit, se præstanda præstitisse, & Dei nomine ea quæ ab ipso præstita sunt, auctoritatem publicam, divinam, certam, & vere infallibilem accipiunt ab absolvente, quæ omnia in dicto libello fufius, & usq; ad finem libri declarantur: præsertim à pag. 217. ubi ostenditur, quam salutiferè illa auctoritas absolvendi à peccatis auctoritative à Christo Domino instituta sit; pag. vero 223. proponitur, quam hæc potestas sit in nova lege magnum signum divinæ bonitatis; præterea à pag. 247. ostenditur, apud Reformatos hæc neuiquam præstari posse, quæ promittuntur; nempe nulla certitudo æternæ consequendæ salutis dari, aut promitti potest, hanc enim nullus, nullus, & omnino nullus prædicans vel ulli, certo infallibiliq; modo, & cui non subsit ipso facto

facto falsitas, promittere potest, vide à pag. 315.

Contra omnes Romano - Catholici certo & infallibiliter, & modo cui falsum subesse non potest, docentur, quid sit ipsis agendum, ut reconciliatione alia, atq; individuali pro peccatorum numero, & qualitate, quàm qua per Christum reconciliati sumus reconcilientur, quia hac non obstante S. Paulus ait: *reconciliamini Deo*, & dum examinantur de his, seriòq; ac verè respondent, illi sciunt, se vere respondere & vera responsione illorum positâ, scit ille qui illos autoritativè judicat, hunc vere esse absolvendum autoritativè, quia judicans advertit pœnitentem se ita judicasse, sicut S. Paulus suadet, nos ut judicemus 1. Corint. II. v. 31. & praxis docet, Actor. 19. v. 18. cum dicitur: *annunciantes actus suos.* Ubi D. Nicol. Arnoldi ad majorem humiliatiōnem nostram & detestationem majorem scelerum nostrorum ait, debere confiteri ea in specie, licet, timeat, se ignorare numerum; sed interroget se, & roget Deum,

edio,
i securitate
e, quæ in
per veram
er alia De-
ens ea quæ
emori pos-
tanda præ-
æ ab ipso
blicam, di-
bilem acci-
ia in dicto
n libri de-
ubi osten-
toritas ab-
è à Christo
o 223. pro-
sit in nova
bonitatis;
r, apud Re-
stari posse,
la certitudo
i, aut pro-
s, nullus, &
h, certo in-
subsit ipso
facto

qui annunciabit ipse scelera sua, sit sibi
 tortor & iudex, atq; ideo verè absolvit,
 redditq; pœnitentem certum, ipsum sa-
 num factum, ac dimissa esse ei peccata,
 quia dilexit multum. Ubi D. Arnoldi,
 atq; alii omnes scire debent, aliud esse,
 ob peccatorum agnitionem se humiliare:
 item aliud esse, consolationem petere:
 aliud vero, Dei & Christi nomine actus
 pœnitentis ita judicare, ut vi talis judi-
 cii solvatur id in terris, quod ligatum erat
 in cœlis. Dixi vi talis iudicii, quia iudi-
 cium hoc à Deo debet rati haberi, ita, ut
 iudicium charitativum potius sit iudi-
 cium iniquitatis, quam justitiæ.

Hæc amice Lector sunt quæ volui te
 monere, tu si ea mente legeris, iudicio
 illo iudicaveris, quo tibi scripta sunt, inve-
 nies quod prædicantes tui in negotio re-
 missionis peccatorum nullius sint aucto-
 ritatis, nullius potestatis, & ideo quia ve-
 ram potestatem, quæ in Ecclesia Roma-
 na est, suis traductionibus, cavillis, &
 sit venia verbo, mendaciis, irrisionibus,
 dicteriis impudicis (quorum antesigna-
 nus

medio,
ua, sit sibi
è absoluit,
ipsum fa-
ei peccata,
. Arnoldi,
aliud esse,
humiliare:
n petere:
mine actus
talis judi-
gatum erat
quia judi-
ri, ita, ut
sit judi-
e. volui te
, iudicio
unt, inve-
egotio re-
nt aucto-
o quia ve-
a Roma-
illis, &
sionibus,
ntesigna-
nus

quo peccata deleantur. 135

nus D. Nicolaus Arnorlidi merito dicen-
dus, & ideo refutatione mea formali,
ac ordinata indignus) odiosam potius &
impossibilem reddere, quam refutare que-
rant; hinc eorum contumelias &c. bene
multas typis darem, si rem tibi gratam
scivero, mone me, & habebis

CAPUT IX.

*Brevis enervatio illius distinctionis,
quod homo peccator in sensu diviso,
non in sensu composito sit
culpabilis.*

EX his fat probatis discat D. Arnoldi,
quàm inaniter, & Deo injuriosè scri-
pserit pag. 178. dum sic ait: Etsi omne
peccatum naturâ suâ Deum offendat,
attamen ne offensa ista in iram dever-
gat, satisfactione Christi factum est:
Unde homo peccator ut in se confi-
deratus, & in sensu diviso semper est
culpabilis; non in sensu composito,
quatenus est in Christo. Discat, in-
quam, quàm in re seria strenuè, & peri-
culosè nugetur. Quasi vero ipsum esse
peccati, peccando & ab initio contractum;
dein

136 *Cap. IX. An homo in sensu diviso,*
dein in peccatore remanens, sine ullo a-
ctu peccatoris, tum dicatur non culpa-
bile, quando id consideratur, *ut* Christus
pro ipso passus est, & satisfecit. Quando
verò consideratur *ut* à parte rei est, homo
revera sit peccator culpabilis: Ac si pec-
cati natura sit mutata, per consideratio-
nes *quatenus & in quantum*. Maxime
cum peccatum, post satisfactionem Chri-
sti in rerum natura positam, vere & in se
sit peccatum, satisfactioq; Christi, quà
talis, & omnis pœna luenda (ut supra ad
Theologos Reformantes est ostensum)
peccato sit extrinseca, & homo peccans
ob talem considerationē, quatenus Chri-
stus pro peccato satisfecit, vere sit pecca-
tum habens, & peccatum in suo *esse* pec-
cati non fiat aliud, ac in se ipso est. Unde
D. Arnoldi vere dixero: *Quatenus & in*
quantum non sunt modi essendi, sed con-
cipiendi. Nobis vero quæstio est de de-
lendo ipso esse peccati, ejusq; macula &
pœna, prout in rerum natura existunt.

Unde moneo D. Arnoldi, ut in tem-
pore sapiat, & freni erroris Cap. 1. 2. & 3.
bene perlegat, nec imaginetur sibi, se ob
sola

in *diviso*,
sine ullo a-
non culpa-
in Christus
t. Quando
est, homo
Ac si pec-
nsideratio-
Maximè
nem Chri-
vere & in se
risti, quàm
ut supra ad
ostensum)
no peccans
enus Chri-
e sit pecca-
o esse pec-
est. Unde
tenus & in
li, sed con-
est de de-
macula &
a existunt.
ut in tem-
p. 1. 2. & 3.
sibi, se ob
sola

non in composito sit culpabilis. 137
sola merita Christi Domini sibi imputata,
& fide apprehensa (quod impossibile esse
jam supra ostensum est) alium in sensu
composito futurum, quàm sit in sensu
diviso in oculis Dei sui; quia sicut satis-
factio Christi Domini per se non mutat
ejus cor, intellectum, & voluntatem,
peccatum producentes, & in suo esse
conservantes, ita nec ipsum mutat esse
peccati, ideoq; urgebit eum malitia ejus,
& opus quod operatus est in sensu diviso,
accipiet etiam in sensu composito: quia
summè erroneum est, ob solam Christi
Domini passionem & satisfactionem, *in*
sensu D. Arnoldi composito, peccata in suo
esse peccati se aliter habere, ac in sensu di-
viso sunt in se, atq; in peccatore ante con-
dignam peractam pœnitentiam adhuc
hærent.

Quod si vero D. Arnoldi, cæteri; Dd.
Reformantes assererent, post condignam
peractam Evangelicam pœnitentiam non
solum ipsa peccata eorumque esse, verum
omnem etiam culpabilitatem penitus re-
mitteri, deleri, & fieri, quasi nunquam fuis-
sent, optinè dicerent, ut in capite octavo
infi-

138 Cap. IX. An homo in sensu diviso,
insinuavi. Atq; in hoc sensu verba S. Pauli
Rom. 8. v. 1. *Nihil ergo damnationis est
eis, qui sunt in Christo JESU, qui non se-
cundum carnem ambulant,* (hæc ultima
addere oportebat) vera sunt: quia Evan-
gelicæ pœnitentiæ condignè adimpletæ
ea est virtus, ut per eam rursus Christi
Domini participes, ac templum ejus ef-
ficiamur, initiumq; substantiæ Dei reci-
piamus, nec, si velimus, secundum carnem
ambulemus, ideoq; nulla est condemna-
tio illis, qui sic, nempe per veram & Ev-
angelicam pœnitentiam sunt in Christo
JESU. Extra quam pœnitentiam nulla
est peccatoribus cum Christo Domino
participatio, maximè cum illis, qui secun-
dum carnem cum Reformatis ambulant,
in omnibus peccantes, & tamen se Christi
esse jactantes, non probantes.

Quia proin Reformati hanc pœniten-
tiam, & vitam secundum carnem non in-
stituendam rident, utiq; ridebuntur, cum
id evenerit illis, quod toties eventurum
ipsis prædicatum est: Quare nolite ob-
durare corda vestra, Deus enim non ir-
ridetur, sed veram agite, atq; *aliam ac*
feci-

non in composito sit culpabilis. 139

fecistis hactenus pœnitentiam, vel major pars Europæ peribit, ac vos Reformantes creditis, & credi ab hominibus impeditis, ob hoc decuplo majores à Christo, & æternas consecuturi pœnas. Quare omni jure vobis inclamo illud Luc. c. ii. v. 52. *Vae vobis Legisperitis* (Reformantibus) *qui tulistis clavem scientiæ* (scriptum enim est *ad dandam scientiam &c. in remissionem peccatorum eorum*) *ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis*, ut in tribus hujus freni erroris sequentibus partibus, ac refutatione Catechismi Heidelbergensis, cum bono Deo, ad oculum à me probatum dabo.

CAPUT X.

Nunc coronidis loco, hæc ex dictis Christiano Lectori adhuc proponenda censeo.

Primò, quod justitiam inhærentem, homini à Deo clementissimè dari, tibi credendum sit vel ideo, quia nos domus filii

filii Dei esse debemus, & initium substantiæ ejus in nos recipimus, sic participes facti Christi Hebr. c. 3. cita: *& ipse est vita nostra abscondita*, Coloss. c. 3. 3. quæ sine gratia inhærente, ut scilicet anima disponatur ad ea recipienda, uti penitus fieri non possunt, ita ipsa natura intellectûs, voluntatis, & cordis prout per pœnitentiam corriguntur, indicat, ea sine gratia inhærente minime posse fieri, nam sicut intellectus, voluntas & cor maxime sunt homini intrinseca, ita quidquid illa intrinsece mutat, id actibus & animæ, ideoq; & nobis intrinsece inesse debet, sicut enim intelligere velle, & amare, sunt intrinseci actus hominis, ita hoc, quod actus tales purificat, & perficit, Deoq; gratos facit intrinsece, id intrinsecum esse debet homini; atqui *gratia Dei id sumus quod sumus*: ergo gratia qua intellectus, cor & voluntas purificantur, qua Christus in domo sua, id est in nobis, ut nostra vita est, nobis est intrinseca, & hoc pacto iustitia nostra est nobis inhærens, & intrinseca, quæ a deo
puro

puto clara, sapiens nullus quod sine nota
maledicentiæ sese opponere audeat.

Secundò infero, non esse adeo gra-
vem quæstionem, dum quæritur, cui
justitiæ in morte & iudicio divino sit
præcipue fidendum nobis? nam distin-
guenda est quæstio, & ad terminos ha-
biles reducenda; si enim quæramus, qua
justitia peccator se in morte cosolari de-
beat ex sua parte?

D I C O 1. Quantum est ex parte ho-
minis, præcipue fidere debet suo intel-
lectui, voluntati ac cordi, ita quod om-
nia sciat se fecisse, quæ pertinent (juxta
jam dicta) ad faciendum cor rectum cum
Deo. Si enim homo ista negligeret, aut
facere impediretur, frustra clamaret Do-
mine, Domine, aperi, quia oleum in va-
sis suis, intellectu, voluntate ac corde
non quæsivit habere, justitia præsertim
imputativa jam penitus convulsa. Si vero
ea sciat se fecisse, quæ dictante vera fide
factu opus sunt, dicere potest: *latatus*
sum in his, quæ dicta sunt mihi, cum
auditui meo datum est hoc gaudium,
ego.

nitium sub-
sic partici-
a: & ipse
bloss. c.3.3.
t scilicet a-
da, uti pe-
pfa natura
rdis prout
indicat, ea
posse fieri,
is & cor
, ita quid-
actibus &
sece inesse
elle, & a-
ominis, ita
t, & per-
sece, id in-
atqui gra-
ergo gra-
ntas puri-
no sua, id
, nobis est
nostra est
quæ adeo
puto

ego absolvo te, ideoque in domum Domini ibo, recepturus coronam iustitiæ, quam is reddet, qui potens est depositum servare in illum diem, redditurus cuiq; secundum opera eius.

DICO 2. In quantum vero est ex parte misipientis Dei & filii Dei, utique plus ei deferendum, quam nostris actibus, siquidem sine illo nihil, in ipso autem omnia possumus, cum nos ita confortet, ut nobis nihil desit in ulla gratia operante in nobis Christo, qui nos dignos fecit in partem sortis sanctorum, maxime dando nobis sanctissimum pœnitentiæ sacramentum, quod, ut credamus invitat: ut debitè suscipiamus adjuvat, ut facientes quod in nobis est ob præterita peccata non concidamus animis solatur, *confide fili*: Et quod ad eius sanctissimam voluntatem perfecimus, coronat.

DICO 3. Sed quia pœnitentia satisfactionem exigit, quæ vel nec tota, vel ex parte sæpe perfolvitur à pœnitente, & sæpe multa peccata indirectè solvuntur, & homo post vitæ suæ terminum nihil
labo-

laboribus actibusque suis satisfactoriis
meritoriè addere potest, Deus vero &
filius ejus infinitæ sit misericordiæ, possitq;
de infinitis meritorū suorum fontibus a-
que guttulā nobis miseris dare, hinc com-
parativè loquendo, quidquid in nobis est,
nō est in nobis præcisè ut ex nobis, sed ut in
nobis, quia Christo inest nostra fortitu-
do, nostra spes, salus, resurrectio, vita: in
nobis vero hæc tanquam in vasis fictili-
bus, quæ quavis collisione rumpuntur.
Quibus tamen ut jam dixi, non obstan-
tibus omnium maximum, quod homini
curandum, est, ut ipse se corrigat, & ta-
lem se faciat, qualis cupit judicari, *talis*
enim quisq; judicabitur, qualis quis in ul-
timo vitæ puncto invenietur, habebitq;
gloriam non in alio, sed in se. His pro
nunc breviter expeditis:

Proximè multos exspecta articulos,
quos Reformati ideo credere debent,
quia justitiam imputativam, ut primum
suum fundamentum credere statuerunt,
quorum articulorum inanitatem, ex con-
vulsa nunc imputativa justitia cognosces.

Tu

144 *Cap. X. Cui Justitia in morte sit &c.*

Tu vide an non meritò in initio dixerim, imputativa justitia frenum erroris, quo circumducti Reformati, in tot errores, articulosq; tam varios ac falsos incidere-
runt.

Si quid reponere desideras, spero te in charitate Christianâ facturum, sin minus, nihil tibi reponendum scito, ac
vale hac 14. Martii

1677.

F I N I S.



te sit &c.

o dixerim,
oris, quo
t errores,
os incide-

spero te in
in minus,

, ac

de

nostris

est

Quibus

deus

curandis

in se

causa

esse

gloriam

hanc

Proxim

quos

quia

in

quorum

in

in

in

in

in

in

1556

1556

ULB Halle

3

004 764 056



VD 17

M.C.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

